Canicula dicitur esse mater canum cuius matrix est oblonga per longitudinem ventris collocata. habens per longitudinem vbera plura contra se invicem ordinata que impregnationis tempore intumescunt que parit plures filios sed semper cecos. quos tamen tenerime diligit et morsu ac latratu eos defendit et si de latibulo filii exierint eos inter dentes sine omni lesione referre consuevit. et primo meliorem et formosiorum reportat quod enim tenerius diligit. et ideo ei mamma citius porrigit et extendit. ante tempus coitus et conceptus ut dicit Aresio. li. v. per dies septem quando monstruosam immundiciam eijcit. et tunc infirmatur et apostemat ei matrix et tunc non appetit coitum sed fugit. sed post purgationem melius concipit salubriusque parit. post partum etiam multum humorem fleumaticum et grossum eijcit. et ideo corpus canicule tunc marcescit ut dicit idem. Item invenitur lac in caniculis ante partum per plures dies et citius in leporariis quam in alijs et primo est lac spissum et post subtiliat et post partum est conveniens. et vivunt minus canicule quam canes communiter. sed canes venatici masculi propter laborem nimium et discursum minus vivunt. et quoniam ab urinae gravamine se exonerare desiderat crura non erigit sicut masculus sed residens inferius se inclinatur. Canicula igitur parte est minor corpore. et gratior viribus debilior circa fetus educationem sollicitior. animo mansuetior. nisi quando nutrit fetus. Est autem ad instruendum masculo abiliior et est corpore propter membrorum flexibilitatem agilior sed propter debilitatem nervorum in cursu minus durat. Canum igitur et canicularum nobilitas attenditur in facie et rostri protensa longitudine et amplitudine pectoris et iliorum siue inguinis strictitudine. nam canis nobilis circa renes et ilia et etiam ventrem restringit sed circa anteriora pectoris dilatatur aures etiam longiores habet et flexibiliores tybias autem ante habet exiliores et gratiliores et etiam altiores. et hoc fuit necessarium ut essent ad motum et ad cursum agiliores. caudam etiam habet ceteris canibus proximam et recurviorum. minus etiam habet de carne quam canes rurales. et habent etiam pilos breviores et rariores et etiam planiores. nam si essent multum pilosi et villosi in cursu non incalescerent. si nimis carnosum mole carnis compressi minus currerent. et si caudas haberent longas inter crura dependentes eorum cursum non modicum impedirent. per hoc etiam caudae dependentiam non aiosi sed timidi apparent. Sunt ad hoc canes nobiles circa bestias et feras silvestres

insequendas et capiendas feroces et seni. circa vero homines sunt valde mansueti et si aliquando contra homines extraneos exierint statim a suo impetu se comescunt. Canes etiam nobiles cum ceruicibus vel lepore ceperint non statim devorant quod capiunt sed potius partem suam domino suo derelinquunt. viliore parte per sua portione ut puta ossibus et sanguine contenti sunt. immo si nihil portione pernitus haberint propter hoc partem aliam insequi et innadere non dimittunt.

De alijs proprietatibus canum. Cap. xxvi.

Sunt et alie canum proprietates minus laudabiles. nam canes bolissimum continuum. i. appetitus immoderatum patiunt et tantum aliquando per fame cruciantur quod insani et rabidi fiunt. Nam canibus accidunt infirmitates sicut canicies squinaria et rabies ut dicit Aresio. li. vii. Omnia animalia quoniam sunt morsu a cane rabioso in furiam rapiuntur propter hominem qui aliquando evadit beneficio medicine. Dicit autem Constan. in viat. li. ultimo. canis est naturaliter frigidus et siccus. cui nigra colera dominatur que super abundans et putrefacta vel corrupta ipsum rabidum facit et hoc contingit maxime in autumno et in vere que alij canes fugiunt tanquam pestem et semper est perfugus et solivagus et vadit nutando et cancellando sic ebrius. et currit ore aperto ac lingua dependente. saliva nimia et spumosa de eius orificio profluente. oculos habet reuerfos ac rubicundos. et aures retractas. et caudam involuit inter coras et quibus oculos habet aptos tamen offendit ad omne obiectum pedem suum. contra quolibet rem pugnat. et contra umbram suam latrat. que timentes canes fugiunt et latrant contra ipsum. Carnem autem intinctam in sanguine morsure eius nullas canes attingit. et qui ab eo mordentur somniant terribilia. et in somno et in putrefactione sunt timorosi. et irascuntur. sine causa stupidi fiunt. vndique circumspicientes et inspicere a nullo patientes et si inualuerit passio incipiunt abhorere omnem potum et timere aquam et latrant ut canes. et ita timet aquam quod cadunt pro timore. et hi moriuntur nisi medicando eis citius occurratur. Curas autem et remedia quere supra libro de morbis scilicet de venenis. Dicit autem Plinius libro. xxix. quod lingua canis iacet aliquando vermiculus qui grece dicitur licta qui facit canes rabidos quo extracto cessat morbus. Item dicit idem tanta est violentia morsus canis ut eius urina calcata nocet homini et maxime si habet vlcus vel vulnus. Item ibidem qui urinam suam eiecerit super

yrinam canis rabiosi dicitur statim sentire do-
lorem ilium et lumborum. **I**tem canis est iracundus
et maliciosus et ideo ut se vindicet lapides de quibus
proicitur sepe mordet et tanto furor et morsu
lapidem arripit quod dentes proprios in se frangit et
non lapidem sed proprium dentem valde ledit. **I**tem
fraudulentus est et dolosus unde et sepe transe-
untibus blandiendo cum cauda quasi aridet quasi
retro mordet quando minime considerant. **I**tem
odit baculos et lapides ac virgas timet. **I**tem no-
tos audax et animosus est et omnes mordere nititur
omnes terret sed transiens inter extraneos ni-
hil audet. **I**tem quid est et gulosus et ideo sepe cada-
uera ita avidè comedit quod vomitu ea rejicit sed post
cum esurierit quod turpiter evomit. turpius re-
comedit ac resumit. **I**tem canis invidiosus est et
ideo dicitur avicè. quod occulte herbas colligit qui-
bus vomitu se purgat invidens et dolens quod her-
be efficaciam quis recognoscat dolens etià per-
uersus canis si quis alius canis ignotus hospiti-
um subintroeat. timens ne propter eius presentiam
sibi aliquid deperat. et ideo pugnat contra eum.
Item cupidus est et parcus et ad reponendum super-
flua studiosus. et ideo ossa carnosa et medullata
quod deponere non potest canibus non coicat sed cum diligè-
tia reponit in abscondito et occultat que cum esur-
it solus vorat. **I**tem immundus est et libidinosus
unde dicitur **A**reosto. li. vi. Canes tam femine quam ma-
res coitu utuntur quasi diu viuunt. ita enim immun-
dicie libidinis se exponunt quod inter matrem et foro-
rem non discernunt quo ad coitum. **E**t ideo secundum
legem moysaycam equali immundicie subiacet obla-
tio de precio canis vel canicule et de precio mer-
etricule presentate. nam tales misere persone omni libidi-
ni indifferenter deseruiunt canino more. **I**tem
antiquus canis piger solet esse et desidiosus. unde di-
cit **A**reosto. li. vii. quod canibus in senio accidit poda-
gra et pauci ex eis evadunt quin podagraci effi-
ciantur. et ideo tota die dormitant super firmarium inter
muscas et vermes. maxime autem a muscis tunc in-
festantur circa oculos lippientes et circa aures in
quibus est potissime vlcerosus. et quous aliqua
do terebrando perforant eius aures propter pigritiam non
resumit vires ut se excutiendo eas abijciat et ex-
pellat. sed vix aliquotiens quando contra faciem eius vo-
litant post eas captando cum ore crepitando denti-
bus eas fugat. **T**andem canis vlcerosus resse vel
fimo collo eius alligata violenter de firmario tra-
hitur. in fluvio submergitur et tunc terminatur.
sic eius misera vita ac finitur. nec eius pellis de-
trahitur. nec eius caro comeditur. nec sepul-
ture committitur sed muscis et vermibus finaliter
derelinquitur.

De catulis. **Capitulum. lxxvij**
Catuli sunt canis
filij diminutive sic dicti sicut et catelli.
li. Nam absque sic vocantur filij aliarum
bestiarum ut dicitur **I**sidoro. li. xij. **H**ic catuli nascuntur
generaliter ceci et quo ad videndi actum im-
perfecti. nam catuli canum nascuntur cum dentibus ser-
ratis quous valde parvis. **O**mne autem animal habens
dentes pro modum serze divisos est gulosum et bel-
licosum ut canis. lupus. leo. panthera. et huius-
modi et omnia talia animalia generant fetus im-
perfectos ut patet supra li. eodem de animalibus in
generalis. et in omnibus facientibus filios incomple-
tos causa est gulositatis quod si expectaret usque ad
complementum fetus matrem sugendo interfice-
ret et ideo oportet ut festina sit in talibus natu-
ra. quere supra li. e. nam sicut dicitur **S**olinus. **C**a-
tuli canum quondam apud veteres erant in sum-
mo honore habiti. ut dicitur **P**linio. li. xxix. **C**atu-
los inquit lactentes adeo puros estimaverunt
ad cibum antiqui etiam ut eos placandis nu-
minibus offerret loco bestiarum quous sanguine ni-
hil contra toxica putabat vtilius et adhuc in pre-
senti inveniuntur autores contra morfos venenosos
vulneribus salubriter adhiberi. nam catuli aperti et
icibus serpentis appositi calidi venenum extra-
hant dolores mitigant et adhibitis remedijs me-
brum saucium tunc reddunt ut dicitur idem. et hi
catuli quanto nascuntur citius tanto visum vide-
di recipiunt tardius ut supra dicitur **A**reosto. **S**i-
militer quanto nobiliori lacte nutriuntur. tanto
tardius in videndo perficiuntur. matres adhuc ce-
ci diligunt voce et odore eam recognoscunt ma-
mas eius requirunt et si mater lac aliquo casu op-
presserit acutiori dente papillam comprimunt et
lac vberius effundere dentium acumine matrem
cogunt quando esuriunt querulando et clamitando
vbera materna querunt et ita dicitur sugere ma-
mas in ordine putauerant in matrice et ille ca-
tulus qui fortior est ac melior prius ad lac admit-
titur et a matre diligitur tenerius et fovetur. a ca-
tulis venaticis cibus ex industria debet subtra-
hi ne eos contingat ex pastu superfluo inpinguari.
Ex nimia enim crassitie et impinguatione ad pre-
dam segniores et ad cursum fierent tardiores quous
autem animalia sunt melancholica ex complexio-
nabili qualitate ex dispositioe tamen membrorum sunt
agiles. **S**unt enim leti plurimum ac ludentes et
hoc accidit ex etate. quando non sunt separabi-
les a lacte tunc sunt abiles ad instruendum et
tam ad venandum quam etiam ad ludendum et ad
gregem custodiendum a lupis ac tuendum. **Q**ui

ho ad custodias domus sunt deputandi debet de die in loco obscuro includi et vinciri et sic de nocte erunt contra fures magis seui. nam talium canum officium de die quiescere et dormire de nocte ho vigilare et contra fures curiam circuire. vitupabilis enim est canis qui de die vigilat latrat et circuit. de nocte ho dormitat et latitat et obmutescit. Malus etiam canis sine sit senex sine iuuenis. qui de die custodit oues a lupis. duz sunt in pascuis. de nocte eas strangulat dum sunt in canis.

De castore.

Capitulum .xxviiiij

Castor est bestiam

Orabilis que cum quadrupedibus uiuit et gradit in terris. sub aquis ante natat et comoratur cum natatilibus sicut piscis. et est castor a castrando sic vocatur ut dicit Isido. li. xij. Nam eorum testiculi medicine sunt apti. propter quod cum presenserint venatorem ipsi se castrant et moribus sua virilia amputant et detruncant ut dicit idem de quibus cicero ait. Redimunt se ea parte corporis propter quam maxime expetuntur. et iuuenalis. Qui se eunuchum facit cupiens euadere damno testiculi. dicunt autem castores sibi qui et pontice canes dicuntur. Hucusque Isido. De castoribus autem dicit Plini. li. xj. ca. iij. Ponto inquit unum dicitur genus animalium esse quod nunc terrenam nunc aquaticam ducit vitam in extremis aquarum et fluminum ripis domos et cauernas sibi edificat. miro artificio in extremis aquarum et fluminum ripis prepatas. Nam hec animalia pariter in grege uiuunt suam speciem diligunt pariter etiam congregati sibi dentibus ligna prescindunt. et prescissa de silua ad latibula sua miro modo deferunt et deducunt. nam unum pro vehiculo pedibus eleuatis. supinum in terram sternunt inter cuius coras et crura absca ligna ordinant et competunt et eum trahentes ad suas mansiuiculas a lignis ipsum exonerant et multa subtilitate ex comportata materia habitacula forcia sibi parant. Sunt autem earum domicilia bicamerata vel tricamerata que quasi per tria tabulata seu solaria sunt distincte. Aqua crescente loca superiora inhabitant. decrescente autem in inferiori parte habitaculi sese locant et per quoddam foramen in solario quolibet ex industria preparato caudam suam qui pisce est nature submittit aque sine cuius presentia non potest cauda eius sine corruptione aliqua permanere. Animal autem mirabile et monstruosum cuius cauda tantum piscis et totum residuum sui corporis naturam habet quadrupedis animalis. Est autem in magnitudine ad modum

parui canis habens pedes quasi caninos a parte posteriori cum quibus principaliter ambulat a parte anteriori duosque quasi anserinos cum quibus principaliter in aquis natat pellem habet valde preciosam. pro qua venatur. dentes autem acutos et serratos ad modum canis. nec est velocis motus quia habet tybias valde breues. habent autem castores duos testiculos in magnitudine proportionem cum paruo corpore non habentes. et hos castoreum nominamus. Et de his dicit Plinius. li. xxij. ca. iij. sic. Castores inquit sibi amputare testiculos quos castoreum dicimus ne capiantur a venatoribus. Regat sextinus diligentissimum medicine prescripator. immo dicit eos sic esse obstrictos et prope dorsum sic adherentes ut adimi non possint sine vita animalis. Item idem dicit plat. et etiam dyasco. quod non est tante discretionis quod sciret se liberare taliter. et hoc quotidie patet in castoribus que in diuersis locis inueniuntur. unde dicit Isid. et phisiof. de eorum castratione non de usualibus fibris sed de aliquibus alijs animalibus que castoribus assimilantur in testiculis est forsitan intelligendum. Valet autem castoreum vix et non sophisticum contra maximas corporis passiones ut dicit Plini. ibidem maxime si fuerit castoris nec minus iuuenis nec minus senis. et sic sunt eligenda castorea duplicata. ex vno nexu dependentia. et vno nervo copulata. quia talia non possunt defacili adulterari. multi enim accipiunt vesicam animalis et replent eam sanguine castoris addito modico vero castoreo propter odorem. et modicam piperis saporem acutorem. et colligant collum vesice ut videatur esse neruus. Sed ab vno collo duas vesicas dependere est impossibile et ideo illud castoreum est melius quod duplicatum dependet ab vno nervo. Est enim eligendum quod mediociter in sapore est acutum. quia si nimis est acutum et quasi terrenum sophisticatum est maxime si non habet nervos intricatos ut dicit dyasco. bene laudabile est quod mediocriter est acutum et glutinosum non habens saporem horribilem neque salsum. quod cum sale aromatico et aqua sophisticatur. ut dicit Plini. ibidem. Quanto autem est recentius tanto est melius. et efficacius in medicina et est signum quod non est adulteratum. quoniam duo testes habent quasdam pelliculas vel folliculos sibi essentialiter adherentes plenos pinguedine vinctuosa. Per septem annos potest in multa efficacia conservari et debet poni in medicina sine pellicula exteriori et modo debito ponderari. virtutem enim habet dissoluedi consumendi et attenuandi. Loca neruosa maxime confortandi. Unde valet contra

multa mala. nam epilepticis conuenit. et subue-
nit contra capitis frigidas passiones. paralysim
lingue soluit et loqueliam reddit subito ablataz.
si tñ sub lingua resoluat. contra vniuersalē cor-
poris paralysim valet si decoctum in vino cū ru-
ta et salvia sepius assumat. excitat cerebrum et
cōmouet et confortat sternutatōez. puocat pp̄
quod inde etiam litargicus excitat. somnū. puo-
cat et conciliat. si cū oleo rosaceo caput et casto-
reo pungatur. contra venena fortissima vt scor-
pionis aranee et cerasse serpentis et prestere op-
pitolatur vt dicit Plini. li. viij. ca. ij. eius etiam
vrina valet ad quelibet predicta vt dicit idem.
et puocat menstrua. adiuuat conceptōnem et
multa alia. et eius pinguedo maxie est efficax in
vnguentis.

De ceruo.

Capitulum. xxix.

Ceruus a cerestō
grece id est cornu dicitur latine vt di-
cit Isido. li. xij. vbi subdit dices cer-
ui inquit serpentū sunt inimici. qui cū se graua-
tos infirmitate p̄fererint spiritu narium eos ex-
trahūt de cauernis et supata p̄nicie veneni eorū
pabulo reparātur. Diptanum herbam ipsi p̄-
mitus p̄diderunt. nam eo pasti excutiunt acce-
ptas sagittas. quando a venatoribus vulnerat
mirantur aut fistulaz sibiluz et in armonia tele-
ctantur. Erectis auribus acute audiūt. submis-
sits nihil. flumina immensa et maria transcunt et
fortiores tūc innatando p̄cedunt. quoruz cluni-
bus debiliores in natando capita supponūt q̄
sibinuem succedentes laboris lenius pondus
ferunt. Hucusq̄ Isidorus. Eadē verba dicit
Pli. li. viij. c. xxxij. vbi addit ad hec verba. Cer-
uus inquit ē aīal placidissimū qui vrgente vi ca-
nuz ad hoīez vltro fugit. Et qñ cerua ē pitura
minus cauet semitas tritas ab homibus q̄ sei-
tas feris cognitās et secretas. Post ortū arctu-
ri sideris p̄cipiunt et octonis mensibus partus
ferunt. Interdum etiam geminos in pariendo
edunt. a tpe conceptus femine a maribus se se-
parant et discedunt. sed mares retenta rabie li-
bidinis seuiunt. glebas vngulis fodiunt. et eorū
rostra tunc nigrescunt donec ab ymbubus aliq̄
bus abluantur. Femie autē ante partum purgā-
tur et vtūtur quibusdam herbis quibus fetus
in vtero melius retinetur et in partu facilius li-
beratur. post partum duabus herbis scz camo
et sisolis paste redeūt ad fetum et illarum herba-
rum succo imbutē. filijs lactis exhibent nutrime-
tum. partus editos ad cursum exercent et sepa-
rare eos ad fugam docent. ad p̄rupta eos du-

cunt ad saltandi modum eis indicant et offen-
dunt. et tunc mares soluti desiderio libidinis pa-
bula auide petunt. et vbi nimis pingues se sen-
serint latebras querunt. qz incōmodum coporū
ponderis pertimescunt. et quando fugiunt cur-
sum nō continuāt. sed statim respiciunt et quan-
do ad eos p̄pe ventum fuerit rursus p̄sedia
fuge querunt. auribus erectis vocem canū au-
diunt et fugiunt quibus submissis periculum nō
p̄sentūnt. tante sunt simplicitatis vt oēs mirē-
tur et stupeant nouitatem. vnde equo vel buba-
lo ad eos accedente ita in ip̄m respiciunt qz hoī-
nem prius iuxta se venientem et sagittis impete-
re volentem nō attendunt. Quando transna-
tant maria gregatim ordine incedunt et ope vi-
caria se iuuantes. non visu sed odore terras pe-
tunt. et cum ceruus animal sit cornutum hoc in-
ter animalia habet proprium qz annis singulis
in vere mutat cornu suum. et tūc est inermis. de
die sibi querit latibula et latet quousqz crescen-
tibus cornibz iterata noua sibi adueniat arma-
tura. Quando autem deicit cornu dextruz ob
inuidiā abscondit illud dolens ne quis ind accipi-
at medicinam. deprehenditur ceruoruz etas p̄
cornuum ramos. quia annis singulis sibi addi-
tis ad viuendū supadditur vnuz vsqz ad septē
annos et ab eo tēpore annis singulis similia re-
nascuntur nec pōt etas discerni solummodo se-
necta dentibus declaratur aut em̄ paucos aut
nullos habet in cornibus imis ramos immo an-
te frontem p̄eminēt minoribus. Si fuerint ca-
strati anteqz habeant cornua vltenus nō nascū-
tur et si post nunqz amittantur. q̄dū carēt cor-
nibus nocte p̄cedunt ad pabula non de die ca-
lori solis ea exponunt vt indurentur. Ad arbo-
rem ea postea leniter fricant eoz fortitudinem
experientes. ac pruritum quem ibi sustinent cor-
ticis duricie amouentes et cum ea senserint ro-
borata prodeunt ad papula in aperto. Quan-
doqz ex attritu arborum ab edera arbori inbe-
rente innodantur eorum cornua et sic facilius
capiuntur. Serpentibus contrariantur intan-
tum qz odore cornu exusti eos fugiunt. cuius co-
agulum omnium anguū sanat morsus. diuisi-
sime viuit plusqz centum annis quod p̄ptū est
per ceruos captos. per centum annos post mor-
tem alexandri ab eorundem torquibus aureis
adopertos et signatos. Febriū morbos nō sen-
tit hoc aīal quoniam sibi medetur p̄tra morbū.
hucusqz pli. li. viij. ca. xxxij. fm autē arest. et au-
ceruus est animal nō habens fel nisi i intestinis
et ideo habet intestina amara et fetida. et ideo

non comedunt ea canes nisi famelici supra modum. Item dicit Aresto. li. ij. aliqui putant ceruos habere fel in auribus. ut dicit Aresto. sed hoc est falsum ut dicit auicen. sed habent quandam humiditatem similem humiditati splenis. Item idem sanguis cervi sicut et leporis nunquam coagulatur sed semper manet liquidus contra naturam talium bestiarum. et nullum animal mutat cornua nisi ceruus et cornua sunt solida et ideo ponderosa. unde ipsa abijcit propter pondus. et habet cornos quatuor. magnos dentes in una parte conii et quatuor in alia quibus molit cibos. et duos dentes alios quasi culmos. et mas habet maiores quam femina et declinat ad inferius ut dicit auicen. Item aresto. li. viij. oppinat inquit de ceruo quod inter omnia quadrupedia siluestria sit discretissimum quod parit iuxta viam ubi animalia prope homines non accedunt. Et fugit lumen solis cum filiis et querit loca densa sicut cavernas lapidum que non habent nisi unum introitum quem ibi potest pugnare cum aliis animalibus. Nam ut dicit ibidem cervi pugnat etiam adinvicem pugna forti et victus obedit obedientia forti. et timet maxime vocem vulpis et canis. Et ceruus quando impugatur latet ne inveniatur a venatoribus et propter pinguedinem interficiatur. et subdit ibidem. venatio autem ceruorum sic fit. unus venatorum sibilat et canit. et ceruus delectatur in cantu et sequitur ipsum cantum et interim alius eius trahit cum venabulo et occidit et quando agitatur ceruus fugit ad fluuium vel ad stagnum si potest transnatare aquam resumptis viribus et aque frigiditate euadit venatores quando autem capitur mugit et lacrimatur. Item quando canes ipsum insequuntur et inuenit biuium non directis currit vestigijs sed nunc istac nunc illac transuersaliter mutat saltus et tunc conatur transilire per multos passus ut sic per contrarios et ambiguos saltus eius vestigia a canibus odore ipsum insequentibus difficilius sentiant. Item ut dicit idem cerue difficilius pariunt fetus suos quod cogit pro incuruat oves cornuorum et rugitum. et ideo comedit draganteam ut facilius a partu liberet et cum pariunt subito comedunt secundam antequam in terram cadat. et oppinat de ista secundina quod sit venenum ut dicit idem. Alias cerui proprietates persequitur aresto. li. viij. quod super plinios recitauit. Dicit autem plinius. li. xxvij. cerue cum senserint gravitatem lapide tenentur beneficio a diuidentur. et ideo lapis in ipsa mortua quando in eorum excrementis reperit. et huiusmodi lapis miro modo dicit iuuare mulieres quando sunt pregnantes. Idem faciunt ossicula que in eorum corde inveniuntur ut dicit idem et ideo os quod inuenitur in corde ceruorum super modum utile contra

multas corporis passiones. et in omnibus nobilibus confectis omnibus admiscetur ut ait dyasc. plinius. et est costia.

De ceraste.

Capitulum. xxx.

Cerastes est serpens

Cornutus ut dicit Isido. li. xij. habet enim quedam cornua ex utraque parte capitis ad modum cornuum arietis circumflexa. totum autem corpus suum occultat sub arena. solis cornibus sine coopculo derelictis que videtes auicula creditur de cornibus quod sunt vermes. et dum aues ea cape et inde reficiuntur a doloso serpente et impuiso subito rapiuntur. obsidit enim vias et seitas occultas et tam homines quam equos quos incaute per semitas ambulare conspiciunt occulto morfu interficit et occidit. Glosa autem super penul. c. Gene. videtur dicere quod cerastes species est reguli. qui tate est pniciei quod si eius venenum solummodo ungula equi tetigerit et equum et equitantem subito pimeret et necaret. et ideo ubi nos habemus fiat dan sicut coluber in via cerastes in semita. dicit alia scriptura fiat sicut coluber in via. et sicut regulus in locato. Alij autem dicunt quod genus est aspidum summe virulentie et magnitudinis quere supra de lra a. de aspide que ibi fit mentio de ceraste.

De cornu.

Capitulum. xxxj.

Cornu ut dicit

Aresto. li. ij. est de natura ossis osse mollius. cartilagine durius sicut et ungula animalium. et omnia talia possunt mollescere ad ignem ut dicit ibidem quod colores cornuum sicut et solearum erunt secundum colorem pilorum corporis animalis unde si cornum est nigrum tunc pili et cornua erunt nigra et sic de alijs. Dan sicut animalibus cornua ad sui defensionem loco armorum. et ideo ponuntur in extremitate capitis ut sepe sint parata ad resistendum iniurie impugnantis et omnia cornua sunt vacua et concava et rotunda propter quod cornua cervi que dura sunt et solida. et sunt multe ramificationis. Et nullius animalis cornua mutantur nisi solius cervi. qui omni anno semel proijcit sua et unum abscondit quod vix potest inueniri. unde dicitur in puer. vade ubi ceruus proijcit cornu suum ut dicitur li. viij. Item dicitur li. iij. fortior est continuatio cornuum cum cute quam cum osse. et ideo dicit aresto. quod quedam animalia mouent cornua sicut auriculas in regione que dicitur anfrate. Et ideo dicit auicenna. et huiusmodi dicit aresto. de sua terra que dicebat sic. Eadem autem est materia cornuum et unguium et solearum quod fumus vaporosus a cordis calore resolutus ut dicit Constan. et ideo animalia magni fumum a natura forti calore cordis resoluti. vi. caloris ad extrinsecum corporis transfusi magna habent cornua et fortia et

maxime si ista fumosa materia vel propter nimiam sui subtilitatem transeat in pilos. vel si nimis fuerit terreftris et grossa in dentes transeat et in culmos et id optime dicit aresto. li. iij. ca. de dentibus quod animalia habentia in utraque mandibula dentes et culmos non habent cornua ut patet in elephantibus et in apriis. **D**ia etiam quadrupedia dentes habentia in inferiora mandibula tantum et ungulas scissas. habent cornua et ruminant et habent duos ventres immo plures ut supra dictum est. unde pluralitas cornuum habet consequentem ad scissuram solearum et ideo asinus indicus habet cornu unum tantum et soleam integram sicut equus sed non ruminat ut dicit aresto. et auicen. tanta autem est a finitas inter ungulas et cornua quod iubet aresto. vaccam patientem dolorem in ungulis pedum ut cum oleo et alijs medicinis inter cornua inungatur. **D**e utilitate autem cornuum et unguum dictum est supra litera b. de boue.

De cocodrillo. **C**apitulum. xxxij.

Cocodrill⁹ a cro

Co colore est dictus ut dicit Isido. animal quadrupes ut dicit Isidor. li. xij. in ca. de piscibus. In terra et in aquis valens longitudine fere. xx. cubitor. dentium et unguium inmanitate armatum. tanta est ei duritia cutis ut quouis fortis lapidum ictus in tergo recipiat nihil omnino curat. nocte in aquis die in terra quiescit. **D**ua in terra fouet que omnis anseris sunt maiora. masculus et femina vices seruant. hunc quidam pisces serratam cristam habentes tenera ventris desecantes interimunt. **E**t dicitur quod solus inter animalia superiora mandibularum mouet. hec omnia dicit Isido. **E**t dicit Plin. li. viij. c. xxvj. cocodrillus est animal nihilum in habitas lingue visu inter animalia terrestria caret sola superiora mandibula exenti mobili morsum imprimit venenosum. **D**entes habet horribiles ad modum pectinis. siue serze et culmos ad modum apri. **N**ullum autem animal ex tam parua origine crescit in tam magnu animal sicut cocodrillus. **A**nimal est valde gulosum et multum comedit. unde quando est satur iacet iuxta littus ructans pro repletionem. si uenit autem quis modica que dicitur apud eos cuschillos. apud ytalos autem dicitur oim auum rex et uolat ante os eius quam aliquotiens se repellens tandem fauces aperit qui et eam intrare permittit. et hec auicula primo est leuiter unguibus scalpit et ei facit quendam pruritus in cuius dulcedine delectatur statim obdormit. auicula autem cum sentit eum dormire statim illabit in eius ventrem et quasi telum statim eum perforat et

corrodit. **I**n ventre enim est valde mollis. et ideo a piscibus spinas et cristas pinnulas in dorso habentibus defacili superat. **E**t subdit Plin. si belua insequitur fugientes et eis est terribilis sed est fugax contra serpentes. hebetes autem habet oculos quod diu est in aqua. sed extra aquam nimis acute videt. **I**n hyeme per quatuor menses marie se abscondit. sed in vere exit. et quod diu uiuit se crescit ut dicitur. **H**ucusque Plin. li. viij. ca. xxvj. **D**icit autem philosophus cocodrillus si quendam inuenit boiem iuxta littus interficit eum si potest. et preterea plorat super eum et postea deuorat ipsum et dicitur quod de eius fimo fit unguentum unde facies mulierum sophisticantur ut senes et rugose. iuuenile proterpus videantur. **H**erbas libenter comedit inter quas enidos serpens paruulus qui ei inimicatur caute se inuoluit et dum cocodrillus herbas carpit serpentes transglutit qui intrans ventres eius omnia interiora carpit et sic interimit eum et occidit et sic illesus exit. **I**tem Isido. li. xij. dicit quod idem vermis insidiat cocodrillo quando dormit et tunc inuoluit se in luto et intrat per dentes eius. **D**icit adhuc sol. quod insidiatur quibusdam paruus auibus que generantur inter herbas nili. que euolant propter calorem solis et intrant ventrem cocodrilli et comedunt vermes ventris eius et sic purificat belua a vermibus. **H**abet autem corium valde durum quod vir gladio perforat. habitat in aqua tam de die quam de nocte. quia aqua calidior est de nocte quam de die. retinet enim radios solis et ibi agitantur et sic fit calida ipsa aqua et non habet linguam prominentem ad vociferandum sed habet paruas linguas in parte inferiori sicut habent pisces ad gustum ut dicit idem Soli. et etiam aresto et auicenna. etc.

De colubro. **C**apitulum. xxxij.

Coluber dicitur quasi

Colens umbras. vel quia labitur in lubricos tractus flexibus sinuosis. **N**am lubricum dicitur quicquid labitur dum tenetur ut dicitur papias. coluber ceruam fugit. leonem interficit ut dicit Isido. et rutam odit. pelle reponit. nemorum et arborum concavitates diligit. lac diligenter bibit. dentibus et cauda ledit. et venena infundit. in sepe soli se exponit. canes fugit. muscas comedit. et puluere lingit. quere de angue supra. ut dicit Plin. li. xxx. capit. iij. piguedo colubri aquatici valet contra morsum cocodrilli et si quis secum habuerit fel colubri a cocodrillo non ledetur contra ipsum belua nil audente.

De damula.

Capitulum. xxxij.

DAmula siue da-
ma sicut ait Papi. caprea est agre-
stis vt dicit Isido. li. xij. damula est
vocata eo qd de manu effugiat. timidū est animal
et imbelles ac imbecille. vnde nescit se defendere
nisi fugiendo. habent em̄ p armis abilitatē mē-
broꝝ 7 ad fugam leuitatem. vñ dicit marcian⁹.
Dente tuet aper defendunt cornua ceruū. Im-
belles dame quid nisi preda sumus. Montuo-
sa loca 7 nemorosa diligit. gramina medicinalia
et aromatica comedit. ramuscusculoz tizos et
extremities carpit. quando est vulnerata dra-
cundeam comedit 7 sic de corpe teluz trahit vt
dicit Isido. li. v. sanguis eius ē medicinalis s̄m
plini. li. xxvij. nervos em̄ contractos remollit et
articulorū dolorem soluit. venenū excutit 7 ex-
pellit. damulam odiunt serpentes 7 fugiunt et
eius anhelitus sustinere nō possunt vt dicit idē
acutissimi est visus 7 velocz curus quere supra
de caprea agresti.

De diomedario. Capitulū. xxxv.

Dromedarius ē
dromedoz vel dromedaryz custos
dromedus autē ē quoddā genus ca-
meli vt dicit Isido. li. xij. dromedus inquit ē ge-
nus cameloz minoris stature q̄ camelus s̄ lon-
ge velocius cursus. vnde et nomē accepit naz
dromos grece cursus 7 velocitas dicit. Centū
ē miliaria 7 amplius pergeret vno die. et idem
animal ruminat sicut bos et camelus. vnde drome-
daryz pprie sunt magistri dromedoz vt di-
cit papi. tamen glo. super Isa. lx. dromedarius
autē vel dromas (vtrunqz dicit) est animal came-
lo minus s̄ velocius. Madyan em̄ 7 epha regi-
odes sunt trans arabiam camelis et drome-
daryz abundantes zc. Castrantur a inuētute vt
sunt ad cursum aptiores vt dicit auicē. 7 ne mo-
ti cupiditate feminaz a suo cursu retardent tā-
te sunt velocitatis ppter passus amplitudinem
maximum em̄ habent 7 latissimū passum. vt di-
cit aresto. et auicē. et pli. li. iij. 7 etiam ppter in-
tensam caliditatem. Animal ei ē calidissimuz ex
complexione naturali. vñ coloris fortitudo cō-
lumit in eis vinctuositatē oēm et nō pmittit ros
mole carnea nimia onerari. Itē veloces ppter mē-
broꝝ abilitates sunt nā gracilia et longa habēt
crura et multum nervosa. et ideo abiles sunt ad
motum 7 fortes ad cōtinuandū cursuz suū. Itē
leues sunt ppter victus paucitatem. nō ei anima-
lia sunt magni cibi immo paucissimi cibi sunt
contenta. Femur em̄ et cortices comedūt 7 da-

cthorum ossa valde diligunt. quibus etiam p
longissimos terre circuitus de vespere contenti
sunt vt dicit Plini. Eorum em̄ sanguis valde
est calidus acutus et subtilis. et ideo eoz lac val-
de subtile et liquidū est plus q̄ alioꝝ animalū
vt dicit Konstan. 7 minus nutritiuum 7 magis
calefactiuū 7 grossoz hūoz incisiuū. quere lu-
pra de camelo. Eadem em̄ fere ppuetates sunt
istius et illius.

De dipsade.

Capitulū. xxxvj.

Dipsas et dipso-
des femininū est genus 7 est idē ser-
pens qui latine dicitur situla sic di-
cta eo qd quem momorderit cito perit vt dicit
Isido. li. xij. Adeo autē sunt paruule vt cū calcā-
tur vix videantur quarum venenum ante extin-
guit q̄ sentiat ut ita qd vix sentit tristitiam mo-
riturus. Est autē species aspidis vt patet supra
de aspide quere ibi.

De dracone.

Capitulū. xxxvij.

Dracono maximus
est cunctoz serpentū vt dicit Isid.
li. xij. Hunc greci draconta vocant
vt qui sepe a speluncis abstractus fertur in ae-
rem. excitaturqz ppter eum aer similiter 7 mare
contra eius ventum intumescit. Est autē cristat⁹
paruo ore. 7 artis fistulis spiritū trahit 7 linguā
erigit. dentes habet acutos 7 seriatos vim autē
habet non in dentibus sed in cauda 7 verbere
plus q̄ ictu nocet. Non habet autē tantum de
veneno quātū et alij serpentes. qz ad mortē ali-
cui inferendā nō sunt illi necessaria venena. qz si
quē ligauerit occidit a quo nec elephas tutus ē
corpis sui magnitudine nam circa semitas deli-
tescens p quas elephantes gradiunt. crura cau-
da sua alligat et innodat 7 suffocatos perimit
atqz necat. Signitur autē in india 7 in ethiopia ī
ipso incēdio iugis estus vt dicit Isido. libro. xij.
De draconibz autē dicit Plinius. li. viij. ca. xij.
draco inqt. xx. cubitoꝝ magnitudie nascit apd
ethiopes. Solēt autē quatuor vel quinqz mutuo
se pplecti 7 erectis capitibus velificare p mare
et fluia ad pabula meliora. Item. c. xij. Int ele-
phantes 7 dracoēs perpetua ē dimicatio. Nā
draco cauda pstrigit elephātē et elephas pede
et pmoscida pstermit draconē. draco autē nexu
eande innodat pedes elephātē 7 cadē eū fac. Sz
nō ipone qz dū interficē elephātē. interficiat casu
eius. Item. c. xij. elephas videns draconem su-
per arborem nititur eā frangere vt pcutiat dra-
conem. draco autez insilit in elephantem et cap

fat eum mordere internares et impetit oculos
 elephantis et quandoq; excecatur eum et fugit sa-
 guinem eius tandem p' longum cōflictum ele-
 phas et subtractōe sanguinis debilitat intan-
 tum q' cadit sup' draconem et moriens interficit
 suoz occisores. **Causa** quare ita appetit ei' san-
 guinem est frigiditas sanguinis elephātis quo
 draco appetit infrigidari vt dicit **Isido.** **Sup**
 illum aut locum leuitici. xiiij. attraxerunt ventū
 sicut dracones. dicit **Hieron.** **Draco** est animal
 valde sitibūdū intantū q' vix pōt in aqua satia-
 ri. et ideo aperit os vento. vt sic extinguat ardo-
 rem sitis. vnde cū videt naues in mari maximis
 ventis cōtra velum vt ibi hauriat ventum frigi-
 dum volat ad velum. et quādoq; ppter magni-
 tudinem corporis et ppter eius fortem impetū
 subuertit nauem. et naute quando videt appro-
 pinquare draconem qd' p'cipiunt ex timore aq'
 contra ipm' deponunt velum et sic euadūt. **Idē**
 dicit **Soli.** **Itē** dicit idēz q' ethiopes vtuntur
 sanguine draconis cōtra feruorē estus et velsū-
 tur eius carnibus cōtra diuersos morbos. sciūt
 em' separare venenum ab eius carne. nā solū h'z
 venenū in lingua et in felle. et ideo amputant e'
 linguas et fella que receptina sunt veneni. et sic
 abtracto venēo vtūf' corpe reliq' tā in medici-
 na q' in cibo et hoc videtur tangere **dauid** vbi
 dicit dedisti eū escam po. zc. dicit etiā **Plini.** q'
 vi veneni semp' erigitur eius lingua et qn'q; ex
 calore veneni inflammat aerem ita q' videtur spi-
 rare ex se ignē. aliqñ' e' emittit dum sibilat fla-
 tum contagiosum et inde corrumpit aer et infi-
 citur et morbus pestilens inde sepius generatur
In mari qn'q; habitat. quandoq; in fluminibz
 natat. in speluncis et antris latitat. raro dormit.
 imo h'z p'vigilat. aues et bestias deuorat acu-
 tissimum habet visus. vnde in altissimis monti-
 bus manens a remotis videt predam suaz. mor-
 su et ictu pugnat. de oculis et naribus animalis
 in pugna maxie captat. vñ dicit **Plin.** li. viij. q'
 ita ledit in oculis et ore elephantē q' qn'q; ceci-
 iuueniuntur. nec possunt comedere et ita moriun-
 tur. **Itē** de dracōe dicit **aresto.** li. viij. q' illoz dra-
 conuz morsus est malus et periculosus qui co-
 medunt animalia venenosa sicut draco qui co-
 medit scorpiones q' cōtra illoz morsuz vix in-
 uenitur medicina. **Itē** **Plini.** li. viij. draconum
 adipem oia fugiunt venenosa. adeps etiam ei'
 cum melle curat caliginem oculoꝝ. **Item** **ares.**
 li. viij. pisces quando mordentur a dracone mo-
 riuntur.

De equo.

Capitulum. xxxviii

Qui sunt dicti eo
 q' quando quadrigis iunguntur pa-
 res equantur qz in forma et in cursu
 similes copulant. **Est** aut dictus caballus a pe-
 de cauo eo q' gradiens impressa vngula terram
 cauet qd' reliqua animalia non habent vt dicit
Isido. li. xij. **A** multis etiā sonipes nominatur
 eo q' pedibus sonet. viuacitas equoz multa ē
 vt dicit idem. **Exultant** enim in campis. odorā-
 tur bellum. sono tube excitātur ad p'elium. vo-
 ce accenti p'udcantur ad cursum. dolent cū vi-
 cti fuerint. gaudent cum vicerint. quidā in bel-
 lo hostes suos sentiūt et cognoscunt adeo vt ad-
 uersarios suos morsu petant. aliqui etiam p'ri-
 um dñm cognoscunt. obliui mansuetudinis si
 mutantur. aliquando etiā p'ter p'rium dñm in-
 dorso aliquem non permittunt. multi etiaz mo-
 rientibus dñis suis lacrimas fundunt. **Equum**
 em' sicut et hoīem lacrimari et affectum doloris
 sentire dicunt. vnde et natura in centauris eqz
 et hoīm est pmixta. **Solent** etiaz ex equoz me-
 sticia vel alacritate euentum futurū dimicaturi
 colligere. **Etas** longeva inest equis p'ficiis et sicu-
 lis in annis vltra quinquaginta. breuior aut in-
 est equis gallicis numidis et hispanis. **Subdit**
 aut **Isido.** adhuc in generosis inquit equis vt
 aiunt veteres quatuor spectātur scz forma. pul-
 critudo. mentum atq; color. **Forma** vt sit vali-
 dum corp' atq; solidum et roboꝝ cōueniens al-
 titudo. latus longū et substrictum maxie et rotū-
 di clunes pectus late patens et totū corpus mu-
 sculoꝝ densitate nodosum pes siccus et vngula
 concava solidatus. **Dulcritudo** attendit' vt sit
 exiguū caput. et sic cū pelle p' ossibus adberē-
 te. aures breues et acute. oculi magni. nares pa-
 tula. erecta ceruix. coma densa et cauda. vngula-
 rum soliditate fixa rotunditas attendit'. **Meri-
 tum** vt sit animo audax pedibus alacer tremē-
 tibus membris quod fortitudinis ē indicium. qui
 ex summa quiete facile cōcitetur vel excitata fe-
 stinatione nō difficile teneat'. **Color** etiā specta-
 tur qz color i pilis nūc est roseus. nūc niger. nūc
 canus. nunc varius. nunc guttatus. hic vari' co-
 lor eqs mltū decorat vel d'format. **Aires** est eq'
 rū et aios maifestat s' de singlis. p' se q' nimis fo-
 ret lōgū. hucusq; **Is.** li. xij. **De eqs** at' dicit **pli.**
 li. viij. ca. xliij. eq' inquit scitici p' dñis suis pugnt
 coitum maternū fugiūt. nā in eis qdā cognitio-
 nis agnito ē. vñ narrat **arest.** li. viij. **Rex** inquit
 septētrionis hūit equā pulcrā et pepit equum
 pulcꝝ et voluit ex illo eq' et matre extrahere pul-
 lum aliqñ' et ingeniabatur vt equ' saltaret sup'

matrem cooperiendo vultum eius et cū discoo periebat facies matris et nouit ip̄m equus fugit et eiecit se ab alto p̄ dolore et est mortuus. Atq; in grege equus cū sorore libentius graditur q̄ cum matre. ad vocem simphonie et tube clangorem delectatur. saltat in hostem presagiunt pugnam et amissos desunt dominos scilz lacrimas interdum fundunt. Dicunt aut̄ illos equos ad bella vtiliores qui in bibendo profundius infigunt nares suas. qz tales equi vt dicunt in cursu vrine grauatione non impediunt. Itē dicit li. xvij. ca. ix. fel inquit equi cōputatur inter venena et ideo sacro flammī equus tangere non licebat. eius sanguis recens et crudus malus et perniciosus ē vt taurinus. spuma equi data cum lacte asinino vermes interficit in ventre venenosos. Item de equis dicit aresto. et auicē. Equus projicit dentes suos et quanto est senior tanto habet dentes albiores. Item aresto. li. v. equus masculus viuit. xxv. annis et generat a tercio anno vsq; ad. xxv. ānos. Femina aut̄ diutius viuit et generat vsq; ad quadraginta annos. et quando incipiunt equi generare erit vox eorū maior et femine similiter et multum diligunt coitum plus q̄ alia animalia vt dicit lib. v. Item li. vij. dicit idem. Equis etiam pascensibus accidit aliquando podagra et eijciunt sotulares et generantur ei noui. et signus huius est tremor oui testicularis dextri. et equis qui pascuntur in domibus accidit dolor iliorū et signū huius est qd membra posteriora aduānt p̄ cōstrictōem et equus abstinēt a comestione et si minuatur iuuabitur. et equis accidit contractio nervorum. et signū huius ē qd omnes vene extēduntur et similiter caput et collū et grauat eos ambulare. accidit etiam equis aggregatio veneni. et accidit etiam eis alia infirmitas in ore que dicitur forem. et signū huius infirmitatis est quod cadit ei palatum et fit eius anbelitus calidus et hec infirmitas caret remedio nisi curet per se. et accidit equis rabies cuius signum ē qd declinant aures ei⁹ ad partes colli. et hec infirmitas nō habet medicinā. Et accidit ei infirmitas vesice. et huius signum est qd nō potest mingere equus et trahit suas coras et etiam sotulares. et morsus animalis quod dicit mugelus valde nocet equis et mulis qm̄ facit in eis ampullas siue pustulas et multoties moriunt ex veneno. et equus cognoscit hinnitus illius qui p̄tra ip̄m vult preliari. delectantur stare in pratis et natare in aqua et potant aquam turbidam et si fuerit aqua clara turbant eā pede. Hucusq; aresto. li. vj.

De equa.

Capitulum. xxxix.

Qua per deriu

tionem ab equo est dicta nā equorū femina equa est vocata de qua arest. li. vij. equa impregnata si olfaceret candulam extinctam abortiet. Item eque pascuntur simul et si moritur aliqua et dimiserit pullum nutrit eā alia. qm̄ genus equarum diligit speciem suā. Itē dicit aresto. li. vij. ca. xliij. equa stans parit et suam. plem p̄ ceteris animalibus diligit et amissa parente alienum pullum nutrit et diligit tanq̄ suum. Item dicit idem qd in fronte pulli equi nascitur quidam folliculus niger ad quantitatem carice quod mater lambit lingua et abscindit et nūq̄ pullū admittēt ad vbera nisi illud primo abscindatur. et vocat illud pli. veneficiū amoris qz mulieres incantatrices vtuntur illo i prestigijs suis quando volunt aliquem stimulare ad amorem. Idem dicit aresto. li. vij. Itē eque vt dicit idem gloriatur in iabis suis et dolet qm̄ ei prescinduntur et retonsa iuba extinguitur libido eaz ac si in eis esset vis amoris. Itē dicit aresto. li. vij. qd ibis pugnat cum equis qm̄ equi eijciunt eum a pascuis qz comedit herbas et est ibis debilis visus et imitatur vocem equi et qm̄ volat super ip̄m stupefacit ip̄m et cogit ip̄m fugere et quandoq; interficit ip̄m.

De poledro.

Capitulum. xl.

Poledrus dicit

eque filius siue pullus equinus q̄ dicitur matris vberibus est subiectus. In e fronte vt dicit arest. li. vij. inuenitur yconemor id est amoris veneficiū. qm̄ nascit. et lambunt matres eorum lingua et comedunt illud. et mulieres incantatrices prouerbiāt ex hoc. vt dicit idem. Item li. xiiij. posterior pars pulli equini ē maior parte anteriori. et cum iuuenescit crescit pars superior et propter hoc erit eleuatio anterioris partis corporis multorum equorum maior q̄ posterioris. et ideo quando est pullus potest pede posteriori tangere caput suum quod facere non potest quando peruenit ad etatē. q̄ dicitur autē pullus est matrem miro affectu diligit et sequitur eam q̄cumq; vadit. et si matrem casu aliquo perdidit. hinnitus eam querit. pullus equi i stramentis nō sternitur. strigilo non tergitur. phaleris nō ornatur. calcaribus nō pcutit. selle nō s̄ijcitur. freno non tomatur. matrem libere sequitur. gramine depascitur. clauiculis in pedibus nō cauatur. libere discurrere permittitur. Sed

in fine labori exponitur et lozis et capistris coar-
tatur a matre subtrahitur ybera sugere non p-
mittitur. suaves cursus facere multipliciter infor-
matuz. et ut dicit Isidor. libro. xiiij. aurigis ex-
ponitur quadrigis et curribus subijcitur equestri
militie deputatur. varijs fortune sortibus pau-
per equifilius propagat. Et ideo dicit Isidor.
in eodē libro. qd equi fuerūt quondā diuersis ri-
tibus deoz consecrati. nam equos quadrigales
soli deputabant. ppter quatuor solis in āno mu-
tationes. scz xris. estatis autumnī et hyemis. et
tute solis alterantis omnia. Equos autē bigales
dedicabant lune qz bino tpe scz nocte et die vi-
detur. et ideo cultores lune duos equos semper
iungunt scz album et nigrum. Equos eto triga-
les inferis dijs ascribent qz demones p tres
etates homines ad se trahunt scz p infantiam.
et adolescentiam. et senectas. hi diuersoz colorū
equos pariter coniungebant. vltra autē septem
equos sil copulare defacili non audebāt. referē-
tes hoc ad cursum. vij. sidez quozuz motu mū-
dum generaliter supponebant. vel ad numeruz
septem dierum quoz circulo vite presentis ter-
minuz peragi cernebant. Ideo etiā colores eq-
rum mirabiliter discernent vt dicit Isi. nam
equos rosei coloris dedicabant igni siue soli al-
bos aeri. pssinos et fuscus terre. venetos aque
siue mari. Item equitabāt equos roseos in esta-
te qz tunc oīa calefcunt albos autē in hyeme qz
tunc glaciei frigore oīa canescunt. prassinos in
vere qz tunc omnia virefcunt. fuscus vel nigros
in autumnō quia tunc omnia desiccantur et qua-
lia prima pulcritudine deficiunt. Item dicidē
ibidem equos roseos marti deo belli consecra-
uerunt. vel qz romanoz vexilla decorabantur
cocco. vel qz mars gaudet sanguine. albos autē
equos consecrauerūt zephiris partibus et sereis
prassinos flozi et terre. venetos aeri atqz aque
qz cerulei sunt coloris. glaucos autē et varios de-
putauerunt et purpureos iridi quez archim di-
cit qz iris habet colores plures. Hec omnia su-
persticio hoīm. pcuratione demonū. circa elemē-
ta mundi aliqui antiquitus obseruabant vt di-
cit idem Isido. et ideo mundus iste contemnē-
dus est. quia plurimi ipm sathane repleuerant.
hucusqz Isido. li. viij. Circa autē pullum equinū
hoc vltimo aduertes quia passum suaves vel
durum quem assuescit in iuuentute vix potest
dimittē etiam in senectute.

De elephante.

Capitulū. xlij.

Elephantis. et ele-
phantus dicitur p eodem animali
dicitur autē sic ab elphio grece quod
mons dicitur latine. et hoc est vtiqz ppter cor-
poris maximam quantitatem. sed apud indos
barro vocat. vnde et vera vox eius barritus vo-
catur. cuius dentes dicuntur ebur. et rostrū p-
moscida nuncupat. nam illo ori cibuz admouet
vt dicit Isido. li. xij. et subdit hoc ergo animās
in rebus bellicis aptum est. In his em animalibus
medi et perse ligneis turribus collocatis tā-
qz de muro iaculis dimicāt. i. intellectu et memo-
ria p ceteris animalibus vigent. gregatim ince-
dunt nutu quo valent salutant hoīes. mures fu-
giunt. auersi coeunt. in aquis pariunt. vel in hil-
uis. et vbi fetus pariunt ibi fetus dimittunt p-
pter dracones qz eis inimicantur et ab ipis im-
plicatu necantur. biennio fetus portant. nec am-
plius qz semel gignunt. nec plures qz tm vnum
gignunt. viuunt autē trecentis annis vt dicit ysi-
do. li. xij. Sed Plinius. li. viij. ca. j. Elephas in-
quit inter omnia animalia maxime ē virtutū ita
qz vix in hoībus tanta pbitas inuenitur. Nam
vt dicunt in noua luna conueniunt congrega-
tim. et in flumine se abluunt et balneant et nouo
sideri conueniunt et post sibi inclinant et sic re-
deunt ad locum suum. Iuuenes suos eundo et
reuertendo ante se ire faciunt quos diligētī cu-
ra custodiunt et instruunt ad simile faciendum.
Itē quando egrotant quasdam herbas salu-
bres eis congregant et anteqz eis vtant supino
capite eas ad celum leuant et quadam religiōe
a numinibus sibi adiutorū postulant. Itēz boni
sunt intellectus et aīalia ita docilia qz regem co-
gnoscere et qz adorare instruunt et nitunt qz re-
uerentie grā sua genua incuruant. Itē dicit li.
v. si elephantes hoīem errantem sibi obuiū vi-
derint in solitudine pūo ne impetu terreāt aliqn-
tulū de via se subtrahunt et tūc gradū figunt et
paulatī ipm pcedētes viā ei onduunt. et si draco
eis occurrerit. p hoīe defendēdo cū eo pugnat
et virilitē se opponūt et h potissime dicuntur fa-
cere qn hnt iuuenes. timēt em qz hō qrat fetus
suos. et iō se expedire d hoīe p dīderāt vt sic se
curi possint nutre filios et eos cauti custodire
Itē li. viij. ca. vj. sp gregatī incedūt. dūc agmen
maximū natu. cogit et coopat etate pūi. Aquā
vel annē ensituri iuuenes pmittūt ne maioruz
ingressu ipediat alue et sic nō possēt puenire
ptrasire. vt dicit idē. Itē mirandū ē i eis pudor
naz qn vnus ab alio vincit victus vocem fugit
victoris. In abdito coeunt masculus quādo ē

quinq̄ennis. et femina quando est decennis. et hoc nisi duobus annis vt dicunt 7 in istis duobus annis nō nisi quinq̄ diebus tm̄. sexto die raro supaddito vt dicit idem. Tempore coit⁹ sunt piculosi valde 7 maxime aggresses. nā tūc domos indoz 7 stabula p̄sternūt. et ideo domitas feminas tūc abscondūt. et quando domitas sunt optimi sunt in milicia. nam ferūt turres ligneas. acies p̄sternūt p̄uertūtq̄ armatos. **S** q̄d mix est qui armatas acies nō timent. voces minime suis fugiūt 7 foimidāt. Item c. xl. fronte 7 rostro alta p̄sternūt palmas 7 sic comedēt fructus eaz. Item inter elephantis 7 dracōnes est p̄petua dimicatio. vnd̄ vnus inuidet alteri p̄pter magnitudinem viriū. 7 corpis quātitatē. draco em̄ sitit sanguinē elephantis q̄ frigidissimus est vt suā refrigeret estuantē caliditatem vt patet supra eodem vbi agit de dracone vide ibi.

Danaso elephantis. **C**apitulum. xliij.

Ecūdū Aresto. li

S bro. j. et Auicē. Nasus elephantis est longus et fortis et bolizatus quasi calceus. et vtitur illo loco manus 7 p̄ ip̄m accipit cibum et potum 7 reddit ori suo quod nullum facit aliud animal. Habet aut̄ elephas māmillas in pectore 7 habz in ore culmos fortes 7 eius lingua ē valde modica respectu sui corporis 7 apparet intus. et raro videtur ex̄ nisi quando lambit labia p̄ cibū et potum suū nō inuenitur in eo nisi vnū intestinū inuolutum materialiter et conunctū est sibi p̄ stomacho. vnd̄ p̄ id non est aliud nisi vnū p̄ q̄d eijcit sup̄fluitatem 7 habz epar magnum quadruplū ad epar bonis. Sed splenē habet parvulum respectu sui corporis 7 hoc ē vt dicit auicē. q̄ melancolia transit ei in nutrimentum. Itē Aresto. lib. ij. quando generantur apparent dentes generati in eo. cū rostro suo eradicat arbores. 7 cū natat spirat cū eo 7 eijcit aquam 7 ille calceus creatur cū cartillagine. Elephas aut̄ q̄n̄ sedet flectit pedes suos. sed nō p̄t flectere pedes. iij. p̄ p̄dus corporis. sed fulcitur sup̄ latus dextrū vel sinistrū 7 dormit stante corpe 7 pedes posteriores flectit sicut hō. Itē li. v. masculus coit post quinquenniū. s̄ femina post decenniu 7 vsq̄ ad xl. et postq̄ parit femina quiescit p̄ trienniū et postq̄ fuerit impregnata om̄ino a masculo nō tangitur. et trahit in vtero p̄ bienniū 7 quando parit parit simile vitulo duorum aut trium mensium. Itē li. vij. elephāti accidit infirmitas ex ventositate 7 p̄pter h̄ non p̄t eijcere vrinaz

aut steruus. et si comederit terrā moriet̄. nisi ad hoc fuerit assuetus. quadoq̄ tamen degluti lapides. Accidit etiam eis dolor iuncturarū 7 iuuat p̄tra hoc potus aque calide 7 herbe s̄ber se in melle. quoniam iste due res prohibent fluxum ventris. et quando veratur dolore quādo non potest dormire inungūtur spatule cu 3 oleo et aqua calida et sic curatur. idem facit caro porcina assata sup̄ dolentes spatulas colligata. Et si habuerit ferrum in corpe datur ei oleum 7 extrahitur ferrum cum potu olei. et si nō p̄t biberre oleum ponūtur medicine in oleo et decoquūtur et datur eis ad comedendū. Item ibidez li. viij. Vasculus est maioris corporis 7 animositatis q̄ sit femina obedit q̄ diu sedet sup̄ eū venator 7 cum descenderit ligantur pedes anteriores eius donec domescat. Et sequitur in eodem libro. domesticabilior est 7 obedientior omnibus animalibus aggressibus habens sensū meliorem et sentit frigus in hyeme 7 frigidum ventum. et est animal valde fluminale 7 manet circa fluuios 7 mergit se in aqua vsq̄ ad admentum 7 natat sed non potest diu durare in natando propter corporis ponderositatem. Sūt autem elephantes naturaliter benigni. quia carēt felle vt dicit Aresto. li. xiiij. accidentaliter tm̄ efficiuntur seni quando nimis puocantur vel quādo inebriati vino ad preliandum acunt. Itē dicit Aresto. li. viij. nullum animal viuit ita diu sicut elephas et hoc propter suam cōplexiones que assimilatur aeri continenti. et ita oportet q̄ impregnetur per bienniū propter magnitudinem concepti fetus qui citius non potest p̄ficinec compleri.

De elephantibus. **C**apitulum. xliij.

De elephantibus

Antem dicit solinus. Siderum inqt̄ seruant disciplinaz elephantes 7 luna crescēte petunt amnes 7 spersi liquore sese salutāt motibus quibus possunt. deinde in saltus reuertuntur. Candore dentium intelligit arriuentus quorum alter semper in ministerio est et alteri parcitur ne assiduo percussu hebetetur. Sed quando a venatoribus premuntur simul percutiunt ambos et eos confringunt vt damnato eboze et deturpato vterius non p̄sequātur. Hāc em̄ piculi sibi sentiūt eē causā. Raro coeunt 7 tūc in aquis viuis se abluūt nec ante ablutōnē ad gregē reuertunt. p̄ seīs nūq̄ pugnāt. Nulla em̄ nonerunt adulteria et q̄n̄

casu aliq̄ dimicant nō mediocrem habent curā
 sauciorum. nam fessos et vulneratos in medio
 sui recipiunt et ip̄os plus q̄ se protegunt 7 de-
 fendunt. Quando capiuntur haustu ordei man-
 suescūt. fit em̄ fovea subterranea in via elephā-
 tis in quam incidit ignorans ad quam veniens
 vnus venator p̄cutit et pungit ipsum. alter aut̄
 venator superueniens primum p̄cutit venato-
 rem et amouet eū ne p̄cutiat elephāte 7 dat ei
 comedere ordeum. qd̄ cum ter vel quater fece-
 rit diligit se liberantem et ei deinceps obebiēs
 mansuescit. Si casu aliquo vomuerit vermem
 qui cameleon dicit̄ sumpto oleastro medet̄ pe-
 sti. ventrem habet mollem 7 dorsum dur̄. et iō
 pugnans cū vnicoꝛne. opponit ei dorsum. canēs
 put̄ pōt̄ ne p̄ mollem ventris p̄tem fodiat̄. Pi-
 los habet paucos et setas nullas. Aures habet
 amplas et longas inferius dependentes quas
 erigit et extendit 7 inde grauissime p̄cutit quan-
 do irascitur contra draconem quē odit. nec mir̄
 sitit em̄ sanguinem et eū bibit quando potest.
 Robrem ip̄m nunq̄ inuadit draco nisi quādo
 potu elephas est repletus vt̄ p̄pensius irigās
 maiorem sumat de oppressi sanguine satietatez
 Hucusq̄ solinus qui multa alia ponit q̄ supra
 dicit̄ Plini. In libro aut̄ phisiologi de elephā-
 te memini me sic legisse. Elephas inquit ē ani-
 mal qd̄ magnitudine inter oia animalia q̄du-
 pedia p̄excellit intellectu 7 memoria multuz vi-
 gens. nam elephantes inter alia eoz facta nun-
 q̄ dorsum tota se inclinant. qñ fessis ar-
 boꝝ 7 maxie palme quietis gratia accubāt 7 se
 qualitercūq̄ sustentant q̄z quieti homines in-
 sidiantes occulte arborem concanāt cui se appo-
 dians elephas 7 nesciens fraudem pōdere cor-
 poris arborem frangit 7 frangendo cadit sub-
 ito et succumbit. qui casum suum vidēs irrepa-
 rabilem miro modo barrit. i. clamat et rugit. ad
 eius barritium multitudo iuuenuz subito acce-
 dit elephāntū q̄ paulatim senioꝛem p̄ viribus
 eleuant et vt̄ eū relenent miro affectu se tot̄ vi-
 ribus inclinant. Coitum abhorrent nisi p̄ sola
 prole. vnde dicit̄ ibidē q̄ qñ elephātes indicoꝝ
 luxuria stimulat. vi amoris feina p̄cedit versus
 orientē quā sequit̄ masculus quicq̄ in abscoꝛdi-
 to deueniant qualitercūq̄ poterit mandrago-
 ram querit cuius fructu p̄rio feia gustat deind̄
 masculus eundē fructū comedens eā impreḡt 7
 fecundat vt̄ dicit̄. S̄ diu p̄pter magnitudinē fe-
 tus feia in vtero fetum gerit. S̄ tpe partus i aq̄s
 et in insulis fetū p̄creat p̄pter draconis metū
 ne ip̄m tenellū fetū sorbeat aut̄ deducat. 7 duz
 m̄r̄ filū p̄tari. do laborat masculus p̄ viribus ip̄as

p̄tegit et defēdit. Itē dicit̄ ibidē q̄ ossa elephā-
 tis combusta fugant serpentes 7 oia venenosa
 Item aliud dicit̄ ibidem valde admirandū qd̄
 apud ethiopes in aliquibz regionibus sic venā-
 tur. accedunt ad deserta vbi due virgines omi-
 no nude habitant 7 crinibz resolute. quaz̄ vna
 fert alueolum alia gladiū. incipiūt aut̄ alte can-
 tare quaz̄ cantum audiens bestia venit ad eas
 et lingit eaz̄ māmas. de dulcedine aut̄ cāt̄ moꝛ
 obdormit elephas 7 tūc vna p̄forat gladio gut-
 tur vel latus. altera hō colligit sanguinē eius q̄
 tingitur pannus qui purpura appellat̄ zc.

De hedo.

Capitulum. xliiij.

Hedus ab edēdo
 est dictus paruus em̄ est 7 pinguis
 7 iocundi saporis vt̄ dicit̄ Isidor. li.
 xij. eius naturalis siccitas ex humiditate etatis
 tpat̄ vt̄ dicit̄ Isa. in diet. vnde melior 7 dige-
 stioni est cōpetentior maxie si est masculus. vñ
 ei? caro bene nutrit 7 sanguinē bonū gignit. Ca-
 lorem habet vehemētiorez. p̄pter etatis benefi-
 ciaz̄ 7 i deo carnes heduline excunt̄ egritudiez
 p̄pter suam temperiem sunt cōmode. 7 ideo cō-
 ueniunt maxime humane nature maxime his q̄
 deliciose viuunt 7 quiete. Pilum habet longio-
 rem 7 hyspidiorem q̄ habeat agnus sed̄ habz
 carnem melioꝛez et digestioni obedientioꝛē. p̄-
 p̄terseius temperiem in humiditate et calore vt̄
 dicit̄ Constan. Habet aut̄ hedus visum valde
 acutum 7 simplicem aspectum 7 obliquū 7 ba-
 latu cognoscit 7 querit parentē vt̄ dicit̄ Plini.
 li. viij. ca. j. Eius iecur si comedat̄ dicitur sana-
 re vesptinam aciem oculoꝝ his quos noctilu-
 pos vocant. Item ibidē li. xxvij. ca. x. diē. pel-
 les hedoz sanāt moꝛsus venenosos si calide de
 super alligentur. pili hedoz exusti suo odore fu-
 gant serpentes. vt̄ t̄tur pelle eius recente ad pla-
 gas. sanguis eius valet contra venenosa. ei? eti-
 am coagulū valet contra virus bibitum 7 cō-
 tra sanguinem tauri bibitum siue sumptuz buc-
 usq̄ Plini. Est autem animali mbelle 7 inuocūū
 ruminans 7 mundum sacrificijs antiquis depu-
 tatum petulans 7 lasciuum intrinsecus pingue
 et carnosuz extrinsecus hyspidū 7 macilentuz
 tyrsos carpens 7 corrodens ramusculoꝝ. 7 dili-
 git precipue folia edere et. consimilium virgul-
 toꝝ.

De eruca.

Capitulum. xlv.

Eruca ē vermis

Eruca multipes crescens in folijs oleorum et pampinoꝝ. frondes fructus ⁊ flores corrodens ⁊ depascens. Et est eruca ab erodendo dicta quia rodit folia arborum et herbarum vt dicit **I**sidus. li. xij. de qua meminit plantus. imitatur inquit nequā bestiam et maleficā inuolutam in pampino cui se implicat nec aduolat vt locusta. huc illucq; discursus semper ista dimittat. ⁊ remanet sup frondes et tardo lapsu pignisq; moribus vniuersa consumit. huc usq; **I**sidus. li. xij. fm **P**lini. li. viij. Eruca ē aīal villosum et quasi lanuginosum. nā in arborū extremitatibus tortuosis frondib; virore q; psūpro textit de suis visceribus quasdam telas more aranearum ex quibus se inuoluit et p totam hyemem custodit pestiferū semen suum. Egerit em̄ quedā oua ex quibus ī vere erumpentibus gemmis nascit̄ multa ples. ex cuius ingluuie leduntur et peunt a suis fructibus arbores atq; herbe. Est aut̄ eruca vermis mollis ⁊ saniosus diuersis coloribus distinctus de nocte vt stella lucens. de die deformis ⁊ multicoloris apparēs. non caret peste aliqua virulenta. Nam quādo p membrum hoīs calefactum serpit cutē exurit et post se pustulas derelinquit. ad modum aut̄ bombicis sericum facientis formā suam mutat et se in formam volatilis de reptili trāffigurat. nam alas tenues ⁊ latas suscipit quibus hinc de volitando libere p aera se extollit. Quot aut̄ colores prius in corpe habuerat totidem in oculis alis colorū differentias representat ⁊ tale volatile papilio nuncupat̄. vt dicit **I**sidus. li. xij. papiliones dicunt̄ auicule que maxime abundant in fructibus que ex suo fetore faciunt vermes nasci vt dicit idem. nam ex erucis papiliones efficiuntur. ex papilionum stercore super folia delictis eruce itez generantur. minus aledunt corrodendo qm̄ volāt qm̄ repunt. Et dicit **P**api. papilioes sunt minuta volatilia q̄ de nocte cōueniūt accēso igne in candelis. q̄ lumen igneū cū extinguere nitunt̄ igne exuruntur et sic cum alienum lumen volunt interimere ipsi in proprio corpe puniuntur.

De faunis et satiris. Capitulum. xlvj.

Stuni quidem et

Satiri dicuntur qdā bestie mōstruose effigiem quidē hoīs habentes. s; ad plenū nō sunt hūane picipes rationis. vñ nec arte nec natura sunt dociles ad loquendū. ferū et beluū hñt aīm ⁊ bestiale appetitū. vñ hmōi

aīalia sunt in venem valde pna intantum vt mulieres coitu interficiunt. si quas errantes ī ne moribus cōprehendāt. Ideo dicuntur satiri qz non possunt libidine satiri. vt dicit **I**sidus. q̄tis aut̄ talia ratione hūana nō vtātur in multis tñ actib; et etiā in voce hoīs imitantur vt dicit **I**sidus. li. xij. ca. de portentis. Satiri inquit homunciones sunt aduncas habētes nares ⁊ cornua in frontibus. et in pedib; sunt similes caps **T**alem vidit sanctus anthonius in solitudine et interrogatus quis esset. fert̄ anthonio respondisse mortalis ego sum vnus ex accolis heremi quos vario delusa errore gentilitas faunos ⁊ satiros ac incubos colit. Satiri aut̄ q̄ ⁊ fauni satiri dicti sunt. a q̄busdā credūt eē hoīs siluestres vt in eodē ca. dicit **I**sidus. Et hi mōstruosi variantur. nā quidam sunt cenocephali ex eo qz canina capita habeāt q̄s ip̄e latratus magis bestias q̄ hoīs confitentur. Alij dicunt̄ cyclopes sic dicti qm̄ vnum oculū hñe dicuntur ⁊ hūc ī media fronte habere phibent̄. Alij oīno capite carent ⁊ ceruice q̄z oculi sunt in humeris. Alij habent faciem planā sine naribus labiū inferi⁹ ita pminens habētes vt in solis ardoribus totam ex eo contegant faciem dormientis. Alij ita contecta habent ora qz sup pectus vno tñ foramine a venarum calamis potuz haurientes. et hi sine linguis dicuntur eē. loco sermonis vtuntur nutu. Itē sunt etiā alij in scithia ita magnas habētes aures. vt ex diffusa eaz magnitudine ip̄is contegāt totum corpus ⁊ hi panthios dicuntur pan em̄ grece omne othi auris nomiatur. Sūt et alij in ethiopia proni ambulantes nequa q̄s sursum erigere se valentes ⁊ hi arabice nominantur. Sunt et alij in ethiopia habentes tñ vnuz pedem ita magnum qz resupini in terram iacentes adumbrentur pedis magnitudine cōtra estū et cū hoc sunt tante celeritatis qz canibus in cursu comparentur. Item sunt alij qui habent plātas versas post crura et tenos digitos in plantis. et tales in desertis libie euagantur. Item in scithia sunt animalia formā humanam habentia et pedes equinos et huiusmodi mōstra a ml̄tis lamie nūcupantur vt dicit pascalius super trenos. Multa alia ponit **I**sidus. monstra talia li. xij. ⁊ oīa accipit a plinio libro. vj. et septimo. et etiam a solino. De feminis. Ca. xlvij.

Emine a parti-

Ebus femoz vl̄ feminū sunt dōcē vbi spēs sex⁹ distinguūt̄ ab ip̄o viro vñ dī a fos qd̄ ē ignis qz vñ hz seia igneā q̄ vehēnter occupat. In oī em̄ genere animalium plus cōcupiscit femina q̄ masculus et ardentius mo

netur ad amorem vt dicit *Isi. li. vj.* **F**emine autē
 ppuetates generales ponit *Aresto. li. viij.* di-
 cens **F**emine maribus sunt debiliores p̄t̄t̄ vr-
 sum et leopardum. nam hoz femine sunt auda-
 ciores et fortiores et sunt magis sollicitę circa fetū
 sunt etiam maioris pietatis. q̄re sup̄ residuū
 li. v. ca. j. de puella ibi multa em̄ inuenies de hac
 materia. Est femina naturalit̄ maioris iracun-
 die q̄ masculus. vñ defacili pugnat contra ma-
 sculum et ponit *Aresto. li. viij.* exemplum de fo-
 ca. nam foca manet sp̄ in eodem loco et pugnat
 masculus cū femina quousq̄ vnus interficit aliū
 et ē femina minoris constantie et fidelitatis eius
 masculo q̄ ecōuerso et ponit *Aresto.* exempluz
 de sepia. nā qñ seia pcutitur iuuat eam masculus
 s̄ femina fugit marem qñ pcutit̄ et psequit̄ illū
Itē dicit aristo. li. xv. femina in generatione fe-
 tus ē sicut materia sed masculus sic forma exit
 em̄ semen ab ambobz ex quoz p̄mixtione crea-
 tura fit. et p̄pter hoc dico q̄ masculus et femina
 sunt p̄cipia generatiōis. et masculus vt forma
 femina vt materia. et iō datum ē masculo vt ge-
 neret in altero seia generat ex alio in seip̄a. *Itēz*
 femina generalr̄ ē nature infirmioris et fluxibili-
 oris q̄ mas. et hoc accidit p̄pter remissionē ca-
 loris et intensiōez frigidī humoris q̄ plus abū-
 dat in femina q̄ in mare. et ideo accidit mulieri-
 bus et etiam quibusdam q̄drupedibz sup̄flui-
 tas menstrualis. vt dicit idem sed nullius aia-
 lis femina intantū subiacet illi morbo sicut mu-
 lier. De his autē et alijs conditiombz seminaruz
 bonis et malis quere sup̄ li. vj.

De fetante.

Capitulum. xlvij.

Fetans ē pariens
 vel generans in quolibet genere ani-
 malium vñ idem ē fetans. tis. et pe-
 cus pecudis. vnde illud de post fetantes ac. eū.
 habet autē omnis fetans membrū p̄prium in q̄
 concipit et nutrit fetum suum. et ad fetanduz. i.
 ad generandū et p̄turiendum disponit et coope-
 rat̄ reuolutio orbuz et influentia siderz seu stel-
 laz vt dicit *Arestoti. li. xvij.* in fine. *Naturalr̄*
 inquit erit terminus et numerus generatiōis et
 completēti fm̄ reuolutōes stellaz. de hoc que-
 re sup̄ li. vj. ca. ij. de muliere pariente.

De fetu.

Capitulum. xlix.

Fetus. us. vi. dici-
 tur partus. fructus scz vteri homis
 vel cuiuslibet animalis. sed p̄prie ē
 in vtero adhuc subsistens in quo fouet̄ vñ dicit̄
Isido. li. xj. Fetus vocat̄ quia adhuc in vtero

fouetur. cuius secundine dicuntur folliculi qui
 simul cum infante nascūtur. continentq̄ ipsuz
 fetum. sunt sic dicti eo q̄ fetum educant. morit̄
 em̄ mater quando casu aliqua fetus de ei⁹ vte-
 ro non edūtur. **A**fetu autē dicunt̄ femine fetose
 qua ad concipiendum et ad pariendū fetum
 suum suete et fecunde et que fetu solent eē ple-
 ne vt dicit *Isido.* **D**istinguitur autē fetus eius-
 dem vteri a fetu potissime p̄ sexus diuersitatem
 quia vel est masculus vel femina nisi in his in q̄-
 bus vterq̄ sexus inuenit̄ vt in hermafrodit̄ s̄
 semp̄ imp̄fectus vt dicit *Isido. li. xj.* de fetu autē
 quere sup̄ li. vj. vbi agit̄ de hois generatiōe.

De ficario.

Capitulum. l.

Ficarius in vna
 significatiōe dicitur ille q̄ colligit v̄l
 vendit ficus. alio noīe dicit̄ ficarij
 homines siluani de ficibus viuentes et sic sumi-
 tur ficari⁹ inhiere. vbi dicit̄ habitabūt dracoēs
 cum fatuis ficarijs ibi glo. i. cū hominibus silua-
 nis. **A**lio modo dicuntur fatui ficarij fauni et sa-
 tiri q̄ inter agrestes ficus et alias arbores morā-
 tur. quales sunt pilosi onocentauri et alia aīma-
 lia monstruosa. de quibus dicit *Isi. li. xj.* in c. de
 faunis et dicit̄ sic fatui ficarij homines belui-
 ni in quibusdam cōmunem formam cum hoī-
 bus habentes. in alijs hoī in formam bestialem
 degenerantes vt est videre in lamys simeis et i-
 sirenis. et huiusmodi sunt ficarij quia sicut hoī-
 nes de fructibus victuz habent. fatui tñ sunt q̄
 rationis vsu carent. et ideo non approbatur lite-
 ra aliquoz librorum qui sic habent cum fatuis
 ficarijs. **N**ā ficarij sunt quidam latrones volo-
 si qui cuz sica. i. breui gladio interficiunt impro-
 uisus sicut aioth qui cum sica pendente in de-
 stro latere regem eglon pinguisimū interfecit.
 vt indi. ij. **S**ed tales in babilone destructa nūc
 nullatenus immorantur cum non sit habitacu-
 lum hominū loquendo p̄prie. sed potius mō-
 strorū vt dicit *Hiero. sup̄ Isa. postz tñ dicit̄ q̄*
 ficarij sunt sicarij. nam sica grece ficus dicitur
 latine. et fm̄ hoc reddit p̄nam expositiōē fm̄
 latinos ergo melius dicuntur huiusmodi hoī-
 nes monstruosi ficarij q̄ sicarij. vt sup̄ patz
 de faunis et satiris.

De formica.

Capitulum. lj.

Formica dicitur
 quasi ferēs micas. i. grana farzis. vñ
 quid. meth. **G**rāde op⁹ exiguū for-
 micas ore gerētes. vel dicit̄ formica q̄ ferēs mi-
 cas. i. farzis grana q̄ p̄gregat. ḡnoz p̄scindit ex-

tremane germinet. quaz solertia multa est. p-
nidet enim sibi in futurum. Nam in estate con-
gregat sibi in hyeme vnde viuant vt dicit *Isi.*
li. xij. Congregat autē triticum 7 non curat or-
deum. qm̄ pluuia sup triticū coaceruatū descen-
dit: formica totum deiicit 7 soli exponit vt itez
desiccat. In ethiopia dicunt eē formice ad for-
mā canis que arenas aureas pedib⁹ erunt q̄s
custodiūt ne quis auferat. capientesq; ad necē
psequūt vt dicit *Isi.* li. xij. in ca. de minutū aia-
libus. De formica etiaz dicit solinus. Formice
inquit nigre sunt valde parue 7 tñ plus q̄s ma-
gna aialia sunt sollicitissime discipline. nā pui-
dent sibi sapiēter impostez vñ viuāt. gregatim
viuūt. 7 cumulos componūt in quibus bitant.
grana sollicite 7 solerter recolligūt. solerti⁹ de-
corticant que in secretionibus domunculorū ne
ab auibus rapiant vel etiam vento disp̄gātur
reponunt cautissime. Occultas vias faciunt re-
ctas in domos in quibus habitāt. 7 sapientio-
res semp stant in vijs illis ne stulte deuiant vt
aberrant. Cum in domibus suis coangustātur
ad capturam: pfundunt hoīes aqua venenosa
7 ideo vulgarter dicit q̄ mingūt. illa aqua ma-
nū vrit tangentis 7 in ea pruritū gignit. nā illā
aquā h̄z loco armature. hucusq; solinus. *Pli-*
nius li. xj. ca. xxxj. dicit sic de formicis. Labore
sibinūicē cōmunicāt 7 cibos querūt. quib⁹ vti-
liores sunt apes que cibos vtilēs faciūt. sed he-
condunt. maiora ferunt pondera q̄ earū sint
corpora. paruitatē corpis recipiunt magnitu-
dine virtutis. pondera sua gerūt morū. 7 que
pie magnitudine in ore ferre nō pnt: auerse pe-
dibus posterioribus obuoluere molunt. De
re sua publica eis est curatio 7 memoria. nā se-
mina abrafa condunt ne sursum germinent in
fruges. 7 grana disp̄sa recolligūt cum diligen-
tia ne pdantur. 7 grana maiora diuidūt i intro-
itu vt sic ea facilius in sua repositaria introdu-
cant. In plenilunio noctibus opāt. cessant au-
tem in interlunio a labore. 7 quia de diuersis lo-
cis cibum conuehūt: habent certū tēp⁹ ad mu-
tuā recognitōz datum sibi. 7 tunc maxia fit re-
conuersatio. 7 fit cum obujs quasi quedā col-
locutio 7 diligens pcontatio. redeunt per semi-
tas certas 7 expeditas: quas etiā p silices ele-
gerunt. Sūt autē formice paruule stricte circa
ventrem 7 quasi cincte. que tandē crescētes ef-
ficiuntur pennate. 7 sic in fine ad modū musca-
rum in minuta volatilia transformant. Itē ibi-
dem ca. xxxij. Sunt quedaz formice indice ma-
xime 7 cornute que mira cupiditate gemmas
7 aurum custodiūt. sed hoc *Indi* furant estino

tempore quando formice in tumulis ppter fer-
uorem nimū abscondātur. Sed formice odoē
sentiunt 7 sollicite peruolant: 7 aurum deferre
cupientes crebro lacerant q̄uis velocib⁹ came-
lis formicas fugiant. tantaq; inest eis pnciosa
feritas cum amore auri. *Aristo.* ait de formicis
li. viij. In formicis sicut 7 in apibus est sensus
olfactus. odit enim omne fetidum. vnde si quis
suffumigauerit domos formicarū cū sulphure
vel ouigano agresti vel cum cornu cernino com-
busto: fugiunt 7 dimittunt domos suas. q̄uis
autem forte in grege viuant 7 sibi mutuo ob-
tempent: tamen regem nō habēt vt dicit *aris.*
li. j. Et *salomon* idēz dicit puerb. vj. Formica
ducem non habet nec pceptorem zc. vbi dicit
glo. Si tantillum aial pncipe carēs ratōe ex-
pers natura duce sibi impostez puidet. mltō-
magis tu ad imaginē dei conditus ad vidēdā
eius gloriā vocatus cū tanto magisterio adiu-
tus ipsum deū creatorē habens ducē: in p̄sen-
ti debes fructus colligere quibus possis viuere
in futuro. quere glo. Solertiā aut formicarum
quā supra cōmendant auctores: approbat *ari-*
sto. li. viij. vbi dicit opatio formicaz est manife-
sta volenti ipsam intueri. qm̄ formice sp̄ ambu-
lant vna via 7 deponūt cibū suū. 7 laborāt i no-
cte apud complementū lune zc. Aliq; tñ hāt
minus laudabiles pprietates. qz arborū ledunt
radices iuxta quas nidificāt. manus tangētū
coinquāt. ad summitates arborū scandūt. flo-
res 7 germina eaz corrodendo violāt. imo fru-
ctus si pmittant concuant 7 māducāt. hoīb⁹
nocent: attñ vsos iuuāt. nam vt dicit *pli.* libro
viij. qz vsi qñ egrotāt querūt formicas q̄s de-
uorant. 7 sic comeste eos sanant. 7 aliquibus ta-
men canibus medicinalia sunt oua formicarū.
Quere in sequēti lib. de ouis.

De formicaleone. Cap. liij.

Formicaleon a
formica, 7 leone recipit denomiatoz
vt dicit *Isi.* li. xij. formica ē 7 leo. est
enī aial parū formicis infestū. nā furtiue earū
pmpuaria subintrans granū comedit formi-
cam. 7 sic p subtractionem victus causa est q̄re
simplices formice in fine necessario moriuntur
Ab alijs autem animalibus deuoratur vt for-
mica. nec potest se proprijs viribus contueri. 7
est species aranee. Quere s. de aranea in litte-
ra a. zc.

De fuco.

Cap. liij.

Fucus. ci. est ape
maior. minor scabrone. dictus autē
est fucus eo q̄ comedit labores alie
nos. quasi fagus a fagin q̄d est comedere. de pa
scitur. n. quod nō laborauit. quia nec mellificat
sed alioꝝ mel māducat. de quo h̄gil. Ignauū
fucus pecus a presepi b̄ arcet. vt dicit Ili. li.
xij. De his fucis dicit pli. lib. xj. ca. xij. Largior
inquit mellis puentus adducit in aluearibus
ex contubernio fucōꝝ. Sunt autē fuci sine acu
leo velut imperfecti apes. 7 sunt seruiciales vera
rum apū. 7 ideo eis impant vere apes p̄mosq̄
expellunt ad opa. tardātes autē sine clementia
pungunt 7 puniūt. neq̄ in ope tm̄ sed etiam in
fetu adiuuant apes. Certe. n. quo maior eozū
fuerit multitudo: eo maior fiet examinū puen
tus. Cum mella h̄o ceperint matura eē abigūt
eas a melle. q̄: singulas aggressē eas trucidant
atq̄ fugant. nec vident nisi in vere. Impatori
bus apum fuci extruūt regias mansiones. am
plas. magnificas. separatas. coopculo eminētes.
7 fiunt sexangule omēs celle singuloꝝ. et q̄uis
fuci sustineant tot labores: comedere tamē de
melle vix p̄mittunt nisi quantū capiūt 7 furan
tur vt dicit pli.

De griphe. Capi. liij.

Gripbes est aīal
pennatum 7 quadrupes in yperbo
reis partib̄ siue montibus nascens
omni parte corpis sunt leones. alis tm̄ 7 capite
aquilis assimilant. Equis vehemēter sunt infe
sti 7 viuos hoīes discerpūt vt dicit Ili. lib. xij.
Adeo autē infestat equū vt ait huguitio. q̄ eq̄
tem armatū cum eo rapiat in sublime vt dicit
glo. super deuē. xij. custodiunt autez gripbes
montes in quibus sunt gēme preciose vt sma
ragdi 7 iaspides. nec p̄mittūt eas auferri exin
de. vnde dicit Ili. li. xij. ca. ij. Partes quedā
in scithia auro 7 gemmis effluūt: s̄ gripborum
immanitate accessus hoīm est rarus. Ibi sma
ragdi optimi 7 cristalli zc. Tā magnos habēt
vngues 7 tā amplos q̄ inde fiunt cippi qui mē
sis regum apponūt.

De glire. Cap. lv.

Glires sunt que
dam bestiole quasi maiores mures
sic dicti q̄ somnus efficit eos pin
gues. nam gliscere idem est q̄d crescere vt dic̄
Ili. li. xij. Tota enī hyeme dormiūt 7 immobi
les quasi mortui requiescunt. estino tempe re

uificūt. De glire autē dicit pli. lib. viij. ca. lviij.
q̄ glires in siluis libēter habitant 7 socios sibi
notos amant. cōtra alienos dimicāt 7 pugnāt.
Insigni h̄o pietate genitores suos in senectu
te nutriūt. 7 eis alimēta iuuenes admīstrāt.

De grillo. Capi. lvj.

Grillus sicut et ci
rogrillus ē aīal parū debile 7 infir
mū rapax 7 mortifex spinosum. mi
nus ericio vt dicit glo. sup. leuē. A sono autez
vociis nomen sumpsit vt dicit Ili. li. xij. hoc re
tro ambulat 7 terram terebrat. noctib̄ stridet.
venat cum formica circūligata capillo ī cauer
nam eius coniecta. afflata prius puluere ne se
abscondat. 7 ita formice amplexib̄ trahit vt
dicit Ili. do.

De hinnulo. Capi. lvij.

Hinnulus cervi
est filius ab innuēdo dicit. q̄a nutu
matris abscondit vt dicit Ili. lib.
xij. aīal quidem est debile 7 imbelle sic damula
7 est acutissimi visus 7 velocis cursus. mat̄ autē
eius ipsum in specubus 7 antris 7 locis vmbro
sis abscondit. 7 illum vltra spineta 7 rubeta sal
tare instruit vt dicit pli. li. viij. ca. de cervis. vi
de s̄. littera c. carnes habent teneras 7 digesti
biles p̄pter motus frequētā 7 discursus vt di
cit constan. 7 ysa. in diet. 7 si fuerit castrat⁹
anteq̄ crescāt eius cornua. caro eius melior 7 tē
peratioꝝ in siccitate 7 calore est vt dicit idēz. 7
si fuerit castrat⁹ anteq̄ cornua habuerit nūq̄
ei vltius crescent. 7 si post: nunq̄ ea abiciet
nec mutabit vt dicit aristo. lib. viij. 7 pli. Hin
nuli serpentibus contrariant miro modo. qui
enim fuerit inunctus eius sepo vel sanguine: a
serpente illo die nō tangit vt dicit. xxxviij. lib.
ca. ix. 7 eius coagalum est summū remediūz in
venenis vt dicit idem.

De birco. Cap. lvij.

Hircus ē aīal pe
tulcā 7 lasciuū semper seruēs ad coi
tus vt dicit Ili. li. xij. cuius oculi ob
libidinem in transuersum aspiciūt. nam birqui
dicunt oculoꝝ anguli vt dicit idem. Eius na
tura est calidissima adeo vt adamantē lapidez
quem nec ignis nec ferrum domare valet: eius
cruroꝝ calidissim⁹ remollit vt dicit idē. Hic ca
per est dictus eo q̄ cape nititur arborum sum
mitates vt dicit idem. Incipit autē hirc⁹ ad ge
nerandū moueri post vnūz annū vt dic̄ aristo.

lib. v. Et filius qui primo generat est grossior
 7 pinguior post generatis. Item idem libro. xij.
 Quidam hirci habent notabile magnitudinem
 in auriculis sicut quidam arietes in caudis suis.
 nam quidam habent in latitudine plus q̄ lati-
 tudinem palme. 7 habent prolixas barbā 7 cau-
 dam extenuatam in longitudine vsq̄ ad terrā
 7 habent cornua multa 7 fortia atq̄ grossa. et
 sunt hispidi 7 duri odor 7 fetidi pinguedinis
 multe: precipue interius circa renes. 7 tūc defa-
 cili moriūt nisi in pinguedine attenuēt. 7 quā-
 to sunt pinguedinis maioris tanto sunt mino-
 ris seminis 7 paucioris generatōis vt dicit idē
 li. viij. 7 n̄ coeunt nisi raro. 7 ppter B interficiūt
 eos pastores sapientes ante coitū aut eos ma-
 crificent siue seruent ad vitam. 7 si apparēt ma-
 cri exterius q̄q̄ interius sunt valde pingues.
 Et accidit eis sepe monstruositas vt dicit Ii.
 li. xvij. vnde aliqui visus est hircus h̄ns cornua
 in cruribus. quod valde erat mōstruosus. Car-
 nes aut hircine inter omnes carnes pecorinas
 sunt deteriores. duriores 7 indigestibiliores vt
 dicit ysaac in dietis. 7 maxime q̄n hircus ē de-
 crepitus. cutis aut decrepiti est melior 7 fortior
 s̄ odor est grauior 7 caro peior. Cum autē ca-
 strat⁹ fuerit: caro erit eius humidior 7 tenerior
 7 minus dura ad digerendū 7 minus mala ad
 edendū. Dicit aut pli. li. viij. democritū dixisse
 se hircum siue caprū nunq̄ sine febre eē. San-
 guis autē hirci cum edera nutriti miro mō dis-
 soluit calculum in renibus 7 vesica vt dicit Ii.
 cornu eius exustus fugat serpētes 7 sanat fistu-
 las 7 caneros 7 alios morbos vlcerosos. polipū
 etiam corrodit 7 emendat. Secur hircinuz va-
 let contra morsum rabidi canis. fel eius visum
 clarificat. hircina vrina mixta cum felle eius le-
 prosis confert 7 lentigines tollit zc.

De biena.

Cap. lix.

Biena crudelis ē
 bestia similis lupo ī voracitate 7 in
 gula. etiam in mortuos seuit 7 eorū
 cadauera de terra extrahit 7 corrodit. 7 iō bie-
 na ab biando est dicta. q̄ p̄ auaritate ricibus
 patulis inbiat ad predaz suam. natura ei⁹ ē vt
 mutet sexum. nūc enī masculus nūc femia inue-
 nitur. 7 ideo immundū aīal est vt dicit Ii. cir-
 cuit domos de nocte. 7 humanaz put pōt fin-
 git vocem vt ita suspicet eē homo. De biena
 dicit pli. li. viij. ca. xxxj. bienis vtrāq̄ eē naturā
 quia alterius anni marem: alterius feminā esse
 dicunt. parit aut sine mare vt credit vulgus. s̄
 aristo. negat. vi pere h̄z collū 7 dor: suz elephā-

tis. flecti non potest nisi totum corpus circum-
 cingatur. tradit pastores inter stabula sermo-
 nem humanū fingere alicuius nomē adducere
 quem euocat foris vt lacerent. Romiatōz ho-
 minis solēt fingere ad sollicitandū canes quos
 inuadāt. multas 7 innumerabiles h̄z colorū in
 ocul⁹ varietates 7 oculos valde mobiles. eiusq̄
 ymbria facit canes obmutescere q̄s cōtingit. et
 omne aīal quod ter lustrant in eius vestigio si-
 git gradū. Hec bestia coit cū leena ethiopica:
 7 generat animal quoddā crudelissimuz voces
 hoīm 7 pecorum imitans. plures dentū acies
 vel ordines in vtrāq̄ parte oris h̄ns. Bienas
 plurimas africa gignit sic 7 onagros 7 fibros 7
 multa alia monstruosa vt dicit pli. Itē ibidez.
 hec bestia gignit lapidē qui biena dicit. quem
 qui portauerit sub lingua facit eum futura p-
 dicare 7 diuinare vt dicit solinus. Item dicit
 pli. li. xxvij. biena odit pantheram. et si pelles
 vtriusq̄ bestie suspendant: dicunt decidere pi-
 los panthere. Cum fugit biena venantem: de-
 clinat ad dexteram vt pretergressi hominis ve-
 stigia occupet. quod si nō successerit dicit mē-
 te alienari vel ex equo hominē decidere. aut si
 in bienā torserit defacili capitur bestia vt ma-
 gi tradunt. Item vt dicit idem. fel eius ē valde
 medicinale. valet maxie contra caliginem oculo-
 rum. q̄ in multis etiā maleficis corde 7 ieco-
 re bienē vtunt magi vt dicit ibidē. Aristo. xō
 dicit li. vij. q̄ quātitas bienē est sicut quātitas
 lupi. 7 in eius collo sunt pili sicut in collo equi.
 7 h̄z pilos sup oīa spondilia. 7 deludit hoīes 7
 predatur eos. 7 capit canes 7 deuorat ita liben-
 ter sicut hoīes. 7 canat sepulturas vt comedat
 carnes mortuoz.

De hericio.

Cap. lx.

Hericus aīal spi-
 nosum spinis hispideis 7 asperis co-
 opertū. coriuz. n. habet vndiq̄ acu-
 leis circumseptū. ita q̄ se claudit quibz vndiq̄
 se protegit 7 defendit. Nam statim vt aliquid
 presenserit post se: surgit atq̄ in globum con-
 uersus in sua se arma contra insidias recolligit
 huius quidem prouidentia est. ascendit enī in
 vitem siue ī aliam pomiferam arborem 7 vuas
 exacinat. poma deicit. 7 cum poma in terram
 deciderint inuoluit se sup fructus vt spinis in-
 figantur. 7 sic portat escam filiis suis vt dicit
 Irido. libro xj. vnd 7 ab hispeditate 7 ngoē spi-
 narum hericius vel herinacius est vocat⁹. ha-
 bet enim vt dicit aristo. spinas loco pilozum. 7
 cooperiunt sicut pili. 7 sunt sibi arma. q̄ pūgit

et ledit se capientē vel tangentē. Item aristo. li. ii. hericij alij sunt siluatici et alij terreni et alij sicut aquatici et faciunt oua multa que non comeduntur. et sunt hericij parum habentes de carne et hoc est eis propriū. habet hericius caput et os inferius et tamen exitus supfluitatis superius quam pascuntur a parte inferiori. et propter hoc habet orificiū in alia parte. supfluitas vero est in dorso superius. et habet hericius quatuor dentes. et inter illos habet partes carnosas loco lingue. et habet ventrem diuisum in quatuor plenas supfluitates. vnde etiam est genus hericij albe teste etiam spinarum albarum. et est multorum ouorum. Item hericius est debilis auditus magis quam animalia dicitur teste et ambulatio super quatuor pedes. Item li. v. hericij agrestes coeunt stantes dorso applicato. quia in illa parte ubi eijciunt supflua se contingunt. Item li. viij. et multotiens apparet sensus in hericij contra ventos septentrionales et meridionales. quoniam faciunt foramen in terra ad quod fugiunt quoniam presentiant tales ventos imminere. vnde quidam fuit in constantinopoli qui habuit hericium pro quem cognouit et predixit ventos futuros. et non intellexit aliquis vnde talez noticiam habuisset. Item dicit idem li. xlij. quod tot habet ventres quot dentes. et in illis ventribus generant oua quatuor. et quidam hericij sunt alijs meliores et oua quorundam maiora. et quedam sunt minora: quam quedam melius decoquunt et digeruntur quam alia. Item li. xix. hericij habent modicum corpus et multas spinas maiores corpore. Et causa magnitudinis spinarum et puitatū corporum est. quoniam nutrimentum corporis transit in eas propter caloris paucitatem. et quia cibus non digeritur bene: vnde generat in corporibus eorum multa supfluitas. et illa supfluitas transit in nutrimentum spinarum. hucusque aristo.

De herinacio. Cap. lxxj.

Herinaeus idem est quod cirogrillus animal paruum et spinosum habitans in cauernis. simile hericio sicut dicitur esse maius. de quo plinius lib. ix. cap. xxxvij. herinacij inquit more hericij se volutant super poma: que spinis infixas deferunt in dorso vnum semper gestat in ore. quoniam venat in modum pile se voluit nequoniam possit propter aculeos comprehendere. quoniam autem posse euadere se desperat: herinaeus vinam ex se mittit tabificam et venenosam. et illa vinam primo nocet sibi si eius dorsum vel spina inde aliquantulum aspergat. nam tali fluo

tu dorsum suum ledit et enelluntur spinule dorso sui. et ideo ignorat quod inde facilius capiat vnde alios ledere proponebat. et ideo ars est quod tunc venet tal bestiola quandoque vna talis bestie penitus immoratur in ea. quia tunc fracto dorso et laxatis spinis ipsi minime valet fuga. Et ideo quia odore suo naturaliter percipit tantam vinam sua latescere venena. semper vine sue parcat ne eius virulentiam a se moueat aut diffundat quousque captiuitatis necessitas vltima hunc compellat. Hec bestiola quousque parua: tanta se constringit fortitudine quando timet: quod vix saluo cortice poterit aperiri. In aqua igitur calida ponitur: qua aspsa quasi subito aperitur. et tunc ligatis pedibus posterioribus suspenditur. et sic suspensa fame tandem interficitur. nec aliter bono modo interficitur ut eius pellicula aculeata portetur. Et quousque illius animalis corpusculum humanis visibus non multum sit necessarium: tamen eius pellicula tam spinata ita mortalibus est necessaria. quod si non essent aculei frustra vel lerum mollicies in pecudibus mortalibus esset data. cute enim hericina vestes poliunt. Hoc autem dicitur habere proprium herinacius. quod postquam pomis et racemis est oneratus. si ceciderit pomum de suis spinis casu aliquo: pro indignatione omnia de dorso excutit. et vt se iteque oneret reuerti ad arbore consuevit.

De iuuenca. Capitulū. lxxij.

Iuuenca vel iuuenca uenca est iuuenis vacca que ad terram excolendam iugo subijci est apta vt dicit Isidorus. vel ideo sic dicitur. quia antiquitus ioui iuuenca immolabatur et non taurus vt dicit idem. animal est petulcum et lasciuum propter iuuentutem. et ideo fortiori iugo premitur vt cometur. stimulo etiam pungitur vt rectius sequi bouum vestigia coartetur. Iuuenca taurorum copule solet esse apta. quia in tali etate eis coniungitur vt pregnetur. Impinguatur in pascuis vt pro varijs hominum visibus ducta ad macellum a carnifice immolet seu macetur carnes sicciores et solidiores habet quam vituli lactantes propter remotiōem a lacte: sed teniores calidiores et humidiores quam habet boues decrepiti siue vacce. quia lactanti etati magis sunt vicine vt dicit in dietis.

De leone.

Capit. lxxij.

Eo grece rex lati

Lne. eo qd rex sit 7 princeps omniū be-
stiarū vt dicit Isido. li. xij. Leonū
autem quidam sunt breues 7 iuba crispa. 7 hi
sunt imbelles. quidā xō sunt longi 7 coma sim-
plici. 7 hi sunt acrores. animos eorum frons et
canda indicat. virtus eorum in pectore. firmi-
tas eorum in capite. septi a venatoribz terram
continent vt munus circumspicis venatoribz
terreantur. rotarum timent strepitus: s; ignes
magis. cum dormierint vigilant oculi eoz. 7 cū
ambulant cooperiunt vestigia sua ne eos vena-
tor: possit inuenire. Cum genuerit catulum tri-
bus diebus 7 tribus noctibus dormire credis
tunc demū patris fremitu vel rugitu velut tre-
miscens cubilis loc^o suscitare dicit catulū dor-
mientem. Circa hoiem natura leonum est. vt
nisi lesi irasci nequeant. Patet etiā eoz miseri-
cordia assiduis exemplis. nam prostratis pcut.
captiuos obuios repatriare pmittūt. homines
nisi in magna fame nec comedūt nec interimūt.
hucusq; Isi. li. xij. De leone aut dicit pli. libro
vij. ca. xvij. Leo in summa generositate est qn
iubis colla 7 humeri vestiuntur. quos spardi gi-
gnūt semp carent hoc insigni. coitum aut par-
di cum leena odore cognoscit leo. 7 tot^o i adul-
tere surgit penam. sed si in flumine abluatur te-
gitur eius culpa 7 a mare non pcepit. In pari-
endo vnguibz filiorum laniatur virtus pariē-
tis. 7 ideo non sepe parit. Aristo. autez vt dicit
pli. dixit leenam primo quinqz catulos parere
deinde quatuor. 7 sic per annos singlos ad mi-
nus vno sterilesce. paritq; informes catulos
7 paruos. magnitudine mustelaz in principio
dicit etiam catulos sex mensium vix posse na-
sci 7 duoz mensium vix moueri. Annaz eicit
leo leuato crure more canis. et vana eicta val-
de fetet. quando semel satiatur: duobus diebz
vel tribus cibo caret. 7 si in satietate fugienduz
est: cibos ad fauces reijcit 7 cum vnguibz eos
extrahit vt sic sit leuior ad fugiendum. diutis-
sime viuit: quod cognoscit p dentū consum-
ptionē. 7 tunc in senecta hoiem impetit. qā ad
psequendas bestias vel beluas virtus iam defi-
cit. 7 tunc obsidet ciuitates vt homines rapiat.
sed qn capiunt tunc suspēdūt vt metu simi-
lis pene ceteri terreant. In viros seuit. contra
feminas tm̄ fremit. infantes raro inuadit nisi in
magna fame. Animi leonum inder cauda est si-
cut equoz aures. Nam quando irati sunt ani-
mi. primo terram cauda verberant. deinde cre-

sciente iracundia terguz pcutit 7 flagellat. Ex
omni vulnere illato a leone siue impresso vngue
siue dente. pfluit acer sanguis vt dicit Isido.
Itē in piculis maxime apparet generosus. vñ
qn psequit a canibz aut venatoribus non lati-
tat nec se occultat: sed sedet i campis. ibiq; vbi
videri potest ad defensionem se parat. vbi vir-
gultum siluasq; penetraverit: acerrimo fertur
cursu velut reputans turpem absconione. nō
enim se abscondit eo qd timeat: sed soluz ne ti-
meatur aliquoties se occultat. Dum aliquem
insequit saltu insilit: quo nō vti qn fugit. qn
vulneratur mira obseruatōne nouit pmo se tā-
gentem. 7 in quantalibet multitudine primum
impetit pcessorem. 7 cum quis telum miserit et
eum non tetigerit correptum rotatū sternit. s;
nequaq; ipsuz vulnerat neq; ledit. qn moritur
humū mordet lacrimaq; fundit. quando egrot-
tat sanguine sumee medet. cristam galli 7 cātuz
valde timet. Animal est gratum cognoscens 7
diligens sibi benefacientē. vt patet in exēplis
que ibi ponit pli. hucusq; pli. li. vij. ca. xvij. De
leone aut dicit aristo. li. ij. silt auic. Leo hz col-
lum quasi immobilem multū rigidū. 7 interiora
habet ad modū canis. 7 semp pmo mouet de-
xtrum pedem 7 post sinistrū sicut 7 camelus. 7
paruz hz de medulla in ossibz. 7 eius ossa ita s;
dura vt ex eorum collisione exit ignis. Item li.
xvij. leo hz multas fissuras in pedibus: 7 ido ge-
nerat filios cecos sicut canis vel lupus. nā ferra-
tos habet dentes. 7 ideo filios generat impfe-
ctos sicut dicit idem 7 etiā solinus. q dicit leo-
nem timere quando videt vel audit catulū ver-
berari. cuius filij nascunt ceci sicut 7 oim aialū
habentū dentes diuisos. ppter ingluuiem na-
scūtur filij impfecti. In altissimis montibz oc-
cultat se. 7 inde cōtemplatus predā suā quā cū
viderit alte rugit. ad cuius vocē terrent aialia
et subito figunt gradum. circa que cum cauda
in orbem lineam ducit. 7 illius nature circulum
transire quodlibet animal pertimescit. s; stant
animalia stupida qsi edictū expectantia regis
sui. Transiens p loca asperiora vngues intra
pedem contrahit 7 recondit. Nam illis vtitur
p mucrone. 7 ido infra carnositate ipos absco-
dit 7 eis pcut ne ledat vel hebetet. predā suam
quā arripit solus comedere erubescit. 7 iō sepe
ipm a remotis sequētibus alijs bestijs de ipsa
pda liberalitatis grā derelinqt vt dicit idē. tā-
te aut ē caliditate q febres sp qntanas patit. 7
hūc morbz naturaliter sustinet vt eius feritas
edomet. cuius caro cū excedat in calore ad esū
est nociua vt dicit diaf. 7 pli. li. xxvij. valet etiā

in medicina multipl'r. cuius adeps venenis est
 contrarius. quo quicunq; punctus fuerit: elio-
 rum aialium vel reptiliū morsus illo tempe nō
 timebit. eius etiam adeps mixtus cum oleo ro-
 faceo cutem faciei custodit a vicys candoreq;
 seruat 7 sanat adusta. oculorū sedat tumores.
 fel eius aqua addita oculorū acuit claritatē. va-
 let etiā contra conuiciales morbos 7 cadacos.
 cor eius in cibo sumptū soluit quartanā febrē.
 bucul' q; pli. li. xxxviij. ca. viij. venatur autez leo
 sic. duplex sit fouea. vna continue iuxta aliā. in
 secundaria fouea ponit vna cauea siue cista q̄
 defacili claudit qñ tangitur. ponitur autē agn'
 vel onis in fouea prima in quam salit leo quan-
 do esurit p onicula rapienda cupidus. videns
 autem se non posse de fouea erumpere: erabe-
 scens se deceptum foueam volens intrare secu-
 dam vt ibi lateat. incidit in cistulas sine caueā
 ibidē prepatam. que post eius introitum sub-
 ito se claudit 7 ipsum vltorius nō pmittit exire.
 sed in cauea extra foueā extrahit 7 in illa tenet
 captus 7 catenatus donec edometur. 7 B tan-
 git hieo. sup Ezech. xix. ca. sup locum istū mi-
 lerunt eum in caueam zc.

De leena.

Cap. lxxij.

Leena leonis dicitur

semina: que bestia est multum li-
 bidinosa. semp enim gestat in coita.
 7 ideo leone crudelior est. 7 maxime quādo ha-
 bet fetum. p filijs morti se exponit. 7 p ipsoꝝ
 defensione venatorū iacula non timefcit. plures
 parit filios in primo partu q̄ in sequentibus.
 nam ppter acamen vnguim filioꝝ leditur ma-
 trix. 7 sic annuatim sterilefcit vt dicit aristo. et
 pli. qui dicit sic vt ait **Isi. li. xij.** aialia cum acu-
 tis vnguibus frequēter parere nō pnt. viciant
 enim matrices intrinsecus mouentibus catalis
 7 ideo non potest leena expectare cum pta vsq;
 ad filioꝝ pfectam completōz. sed poti^o dimit-
 tit partum dolore cogente 7 effundit anteq; fi-
 lij compleāt. pre feruore libidinis pardis se cō-
 miscet. Sed post coitum leonē timer. nā turpē
 cōmixturam sentit leo p odorem nisi pri^o post
 adulterium in flumine abluatur vt dicit pli. et
 quando ipsam dephendit ream statim punit.
 7 ideo ipsa statim fugit. 7 nisi fuerit prius ablu-
 ta non reuertet ad maritū. Est autē parua be-
 stia vel bestiola quam miro modo timent leo 7
 leena que vocat leonzeufones. nam quoddam
 portat venenū quod leonē interficit 7 leenam.
 vnde capta bestiola exurit eiusq; cinere aspsē
 carnes 7 posite p competiā semitaz leones ne-

cant vt dicit **Isi. li. xij.** Scdm autē auicē. li. viij.
 ca. j. dicit. Leo est aial cibi quidū 7 gulosum. 7
 ideo sine masticatōe deuorat cibum suū. 7 ppter
 hoc euomit comestū 7 iterato comedit reiecta.
 7 comedit multū ita q; de cibo fit ponderosus.
 7 post stat ieiun^o p duas dies 7 duas noctes.
 7 nō eicit stercus a se nisi semel in duobus di-
 ebus atq; tribus. 7 est siccum sine humido. 7 ē
 valde fetens. similiter 7 vna sua. 7 qñ scundit
 venter eius exit malus odor. 7 anhelitū h3 feti-
 dam 7 infectiū ac morsus mortifex 7 veneno-
 sum 7 maxime qñ est rabiosus. Fit autē rabio-
 sus sicut canis vt dicit aristo. 7 auicē. 7 ē crudele
 qñ ira cit 7 furibandū: pre indignatōe vberās
 semetipsū. Fremit pre ira 7 frendit dentibus
 maxie qñ esurit. 7 aialibus trāseñtibz vt e ara
 piat insidiās in specubz 7 antris abdit. se ab-
 scōdit. ac sup transeñtes bestias ex improviso
 insilit 7 eas dente 7 vngue crudeliter dilaniat 7
 etiā occidit. carnem ossa 7 pellē cōminuit 7 cō-
 fringit ac contracta frustatim deuorat 7 stran-
 gulat. 7 si viderit quēpiam venire contra se vt
 pdam eruat quam rapuit: predaz amplexat 7
 frendit 7 terram cauda pcutit. 7 si appropinq-
 uerit in ipsum insilit. quo deuicto iterū ad pdā
 redit. sanguinē aialis occisi ab eo primo bibit 7
 lambit. deinde residuū discerpēs mēbratim di-
 uidit deuorat 7 deglutit.

De leopardo.

Cap. lxx.

Leopardus ē be-

stia seuissima de leonis 7 pardi adul-
 terio generata vt dicit **Isid. lib. xij.**
Itaz vt dicit pli. leone cū parda aut pardo cū
 leena concubente: ex tali coitu degeneres par-
 di. pcreant sicut ex equo 7 asina vel ex asino et
 equa gignitur mulus siue burdo vt dicit **Isi.**
 Est autē aial valde pceps 7 sitit sanguines. Est
 7 femina maior 7 crudelior q̄ sit mascul^o vt di-
 cit aristo. Colorem h3 variū sicut pardus. sali-
 endo nō currendo insequit predam. 7 si in ter-
 cio saltu predam nō rapit vel in quarto: p indi-
 gnatione sistit 7 quasi victus retrocedit. corp^o
 cum cauda 7 pedibus leoni assimilat: sin capi-
 te formā pardi imitat. leena autē corpe est mi-
 nor 7 leoni masculo mirabiliter est exosus. vñd
 timens leonē facit foueā subterraneam duplex
 orificium habentem. vnum per quod intrat: et
 aliud p quod exit. est autē fouea illa i vtroq; ori-
 ficio valde ampla 7 in medio magis stricta. ve-
 niente itaq; leone in foueam se mergit. quē p se
 quens leo foueam cū impetu subintrat vbi tri-
 umphare putat de leopardo. sed ppter magni-

tudinem corporis per medium fouee ubi strictior est libere transire nequit. que sciens leopardus ita in strictura impeditum: illam foueam egreditur. et tunc in parte opposita foueam intrans leonem a tergo moribus et unguibus aggredditur. et sic sepe arte non viribus de leone obtinet victoriam leopardus. et sic de genere bestia de fortiori sepe per astutiam in antro victoriam obtinet: quem per potentiam in publico inuadere non audeat. sicut narrat homerus libro de pugnis et astutijs bestiarum. Aristo. libro octauo dicit de bestia que dicitur ferculeo quando comedit aliquod venenosum et tunc quent sterces hominis et comedit ipsum. et ideo venatores finum illum in vase aliquo suspendunt super arborem. et cum venit leopardus ad arborem saltat ut accipiat sterces et interim ipsum interficiunt venatores. idem facit panthera et pardus ut dicitur ibidem. de leopardo etiam plinius dicit. Leopardus quando egrotat sanguinem capre agrestis bibit. et sic inde languores euadit.

De lepore.

Cap. lxxj.

Lepus dicitur quia le-

